CONSTITVTIONES EDITÆ IN DIOECESANA SYNO- DO ANDRIENSI,

QVAM REVERENDISSIMVS P. D. ✱ Lucas Antonius Reſta Epiſcopus Andrienſis habuit.

Anno Domini M. D. LXXXII. Ter. Nonas Decemb.

✱ Author est direc-torii Visitatio-nis Generalis Romae Typis Guilelmi Fac-ciotti 1593. =



BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

BIBLIOTECA NAZIONALE V. EMANUELE

CVPERTINI,

Apud Io. Bernardinum Deſam. M. D. LXXXIIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

LVCAS ANTONIVS RESTA

MESSAPIENSIS,

EPISCOPVS ANDRIEN. CLERO, ET POPVLO SVO ANDRIENSI.

SAEpe mecum in animo agito magnitudinem muneris mihi demãdati: neque vnq̃ auerto mentis oculos ab ea cura, quam vobis omnibus debeo; vt qui preclarè intelligam, ſi quid eorum, quæ ad ſalutem veſtram pertinent, per negligentiam omiſero, rationem à me ſeueriſſimo Iudici redditum iri. Itaq; cum viderem hanc Eccleſiam, & Ciuitatem collapſam in deterius vetere diſciplina, corruptisq, moribus;& magno, & præſenti remedio indigere: Conuocaui ex

præſcripto Sacroſancti Concilij Tridentini hanc Sacram Synodum, & inuocato illius auxilio, à quo bona omnia promanant, de communi ſententia eorum, quibus in huiuſmodi cœtibus cenſendi ius eſt, dedi operam; vt ea conſtituerem, quæ viſa ſunt ad corrigendos mores, & ad reſtituēdam diſciplinam accomodatiſſima eſſe. Multum autem mihi laborandum fuit in molliendis animis, frangendaq; contumacia nonnullorum, qui tam Sancto propoſito obſtare nitebatur, ſed & eos ſpero poſthac modeſtiores fore; vt eo copioſiorem laboribus meis mercedem à Deo, ad cuius gloriam hæc omnia diriguntur, relatum iri. Placuit autem; vt hæc, quò ab omnibus facilius cognoſci poſſent, typis deſcripta in lucem ederentur. Cum tamen prius omnia ſubieciſſem iudicio, & emendationi præſtātiſſimorum Principum Inici D'Aualos Cardinalis Aragonenſis, & Antonij Cardinalis Carrafæ: qui cum & auctoritate, & prudentia, omniq; re præſtent, & me iam pridem in ſuam fidem, & clientelam receperint; nefas putaui quidquam à me prodire, quod non prius eis probatū eſſet. Vos igitur omnes hortor; vt hæc, quæ ſalutis veſtræ cauſa inſtituta, & tāto rum Principum iudicio probata ſunt, tum diligenter legatis, tum re, & factis adimpleatis. Valete.

REVE=

Reuerendiſſimo Domino vti fratri D. Epiſcopo Andriæ. Andriam.

REuerendiſſime Domine vti frater. Non conſueuerunt Illuſtriſſ. Patres; qui decretis Tridentini Concilij interpretandis præſunt, Dioeceſanas vllas Synodos corrigere, & confirmare; quippè cum Prouinciales dumtaxat Synodos corrigendas, non etiam confirmandas cenſeant. Quamobrem Amplitudinis T. pro me quoquo modo ſatiſfieret volũtati, à mea in te beneuolẽtia facilè adductus ſum; vt Dioeceſanam Synodum, quam ad nos mittendam putaſti, totam accuratè procurarem; in ipſaq́; adnotarem ea, quæ notatu, atq. animaduerſione digna viſa ſunt; pro vt licebit ex ipſamet Synodo, quam tibi nunc remittimus, latius perſpicere. Supereſt; vt, quod non tam quidem à iudicio, quam ab obſequio profectũ eſſe intelligis, æqui, boniq; conſulas; & vt ſalutarium conſtitutionum obſeruationi nauiter incumbas, perpetuò memor, vnam optimamq; legem eſſe legum obſeruantiam. Valeat feliciter in Domino Amplitudo T. Romæ iiij. Kal. Martij M. D. LXXXIII.

Amp. Tuæ Reuerendiſſ.

Vti Frater in Domino

A. Card. Carrafa.

Decisiones Epistolae legitur in calce Synodi diocesanae Atinensis celebratae ab Iulio Caesare Carafa anno 1586.

FRAN=

FRANCISCUS ANTONIUS
Riccius Meſſapien.

ANDRIENSIBUS.

Felix Andria quis tibi libellum?
Hic nam molliculos parum pudicæ
Nullos verſiculos legis Camoenæ:
Non Iocos Veneres, Cupidinesq́;,
Et leues hominum vides amores:
Non Ariſtotelis, Demoſtenisq́;
ἐνθυμήματα, calculosq́; ſpectas
Eudoxi Babilonios; σέβασμα
Sacer perdocet iſte te libellus.
Hunc ergo ſtudeas manu libellum
Nocturna premere, & ſimul diurna;
Nam Deo pietas amica ſemper
Uno quam poteris ſatis libello.

IN NOMINE SANCTISSIMÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS

Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

ſic ſ.c. 7.ſe. 3.ĩ prĩ. cõ. Baſiliẽ.ſeſ. 1.in prin. c.in inſt.in princ. c. in nomine 23.diſt.

NOS LVCAS ANTONIVS Reſta Meſſapien. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Andrien.

Auctoris nomen eſt præmittendum, ſic Greg. 9. in proem.decre. Bonif. viij. in proem. ſexti c. & conſt. in prin.

IN SYNODO DIOECESANA.

DE FIDEI CATHOLICÆ PROFESSIONE.

IVXTA Pauli Apoſtoli commonitionem attendere volentes vniuerſo gregi, in quo nos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo; memores etiam aliquando coram iuſto, & tremendo Iudice pro animabus plebis nobis commiſſæ

Act. c. 20.

Ad Hebr. c. 13.

quæ ĩcipit iniũctum nobis

rationem reddituros eſſe: Ideo ſollicita cura (pro vt ad nos ſpectat) duximus prouidendum, fidei catholicæ profeſſionem ab omnibus iuxta Bullam fel. rec.

1.Cor. c.3.

Pij Quarti palàm eſſe faciendam in principio huius Sãctæ Diæceſanæ Synodi noſtræ, cum idẽ Apoſtolus dicat, quòd fundamentum aliud nemo ponere

Symbolũ Apoſt. Nicænũ, & diui Athan.

poſſit præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, quem Petrus Eccleſiæ petra Deo Patre Omnipotente reuelante confeſſus eſt, fidem ſanctam catholicam profitendo; quam profitetur ſancta

ſeſſ.3.& 25 c. 2. de ref.

Romana Eccleſia veritatis mater, & magiſtra, & Sacrum Con. Trid. profitetur; & ab omnibus

Cõ.Nicęn. Con.Rom ſub Iulio 1 Cõc.Hiyppon.ĩ prin. conc. cõſt. 6.actio.17. c. q reſiſtit 11.q.3. cõ. Trid. ſeſſ. 5.c.1. ad epheſ.c.6. ꝓuer. c.3.

præcipit profitendam. Ideo noſtra hæc Andrien. Synodus Diæceſana canonicè congregata; Patrum; & dictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ exemplum ſequuta, confeſſionem Catholicæ fidei veluti ignitũ, clypeum, & ſalutis galeam contra omnes hęreſes, & alia aduerſantia, ante omnia pręmittẽdam eſſe decreuit: Vno ſpiritu, vnaq; voce eandem fidei confeſſionem iuxta formam in prædicta Bulla traditã, in hunc, qui ſequitur, modum profitetur.

CRedimus, & profitemur omnia, & ſingula, quæ continentur Symbolo fidei, quo Sancta Romana Eccleſia vtitur.

Cõ.Nicęn. p. c. credim⁹ & Cõc. Trid. ſeſſ. 3.c.1.

CRedo in vnum Deum Patrem omnipotẽtem, factorem Cęli & Terræ, viſibilium omnium,

&

& inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum. Et ex Patre natum ante omnia ſecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cælis. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in Cælum ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in ſpiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre filioq. procedit. Qui cum patre, & filio ſimul adoratur & conglorificatur, qui locutus eſt per prophetas. Et vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſeculi. Amen.

Verba ſūt Bullæ

APoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquasq. eiusdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſime admittimus, & amplectimur. item ſacram ſcripturã iuxta eum ſenſum,

ſ.c.t. ſeſſ.7. de ſacr. in gen.can. 1. Baptiſ.Ma. c. 28.eũtes &c.confir. Luc.24.ſedete Euc. Matth. 26. Accip.pœ. Io.20. acc. ſpir. ſanct. ext.ũc.Ma. 6.Ia.c.5.ordo Io.10.ſicut mi. me pr.itẽ cũ elig. 12.Ap. Matt.c.10. c.Luc.c.10 matr. c.19. quos Deus conuertit.

quem tenuit, & tenet ſancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum ſcripturarum admittimus; nec eam vnquam, niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiemus, & interpretabimur.

PRofitemur quoq. ſeptem eſſe verè, & propriè ſacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atq. ad ſalutem humani generis (licet non omnia ſingulis) neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pænitentiã, Extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaq. gratiam conferre; ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe.

REceptos quoq. & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſollemni adminiſtratione recipimus, & admittimus; omnia, & ſingula, quę de peccato originali, & de iuſtificatione in ſacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplectimur, & recipimus.

c.12.deap. & rei. bap. & c. nul. c. oſtẽ.de cõ. diſt. 4. c.t. per.tot ſe.6. & 22.

PRofitemur pariter in Miſſa offerri Deo verũ, & proprium, & propitiatorium ſacrificium pro viuis, & defunctis, atq. in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem vnà cum anima, &

diuini=

diuinitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, fieriq. conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem; quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat.

FAtemur etiam ſub altera tantùm ſpecie totũ, atq. integrum Chriſtum, verumq. ſacramentum ſumi, conſtanter tenemus, Purgatorium eſſe, animasq. ibi detentas fidelium ſuffragijs iuuari; ſimiliter & ſanctos vnà cum Chriſto regnante venerandos, atq. inuocandos eſſe, eosq. orationes pro nobis offerre, atq. eorum reliquias eſſe venerandas. ſ. c. t. ſeſſ. 21. c. 8. & ſeſſ. 25. c. 1.

FIrmiter aſſerimus imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atq. eis debitũ honorem, & venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumq. vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmamus. ſ. c. t. ead. ſeſſ. 25. in decr. de inuoc. & vener. & reliq. ſanct. c. cũcta per mũdum 1. q. 3.

SAnctam, Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſcimus, Romanoq. Pontifici, beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondemus, ac iuramus; cetera item omnia à ſacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs, ac precipuè à ſeſſ. 25. c. 2. de ref. c. excõ. c. ſi cuti il p. de her. c. dan. de ſũ. Trin & fide cat.

ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipimus, atq. profitemur; ſimulq. contraria omnia, atq. hęreſes quascunq. ab Eccleſia damnatas, reiectas, & anathematizatas nos pariter damnamus, reijcimus, & anathematizamus.

H*Anc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt; quam in pręſenti ſponte profitemur, & veraciter tenemus eandem integram, & immaculatam vſq. ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atq. à noſtris ſubditis, vel illis, quorum cura ad nos in noſtro munere ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari quantum in nobis erit, curaturos.*

FORMA IVRAMENTI.

E*GO N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in ſymbolo fidei, quo ſancta Romana Ecceſia vtitur, videlicet. Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem Cęli, & terræ viſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum ante*

omnia

omnia ſecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum conſubſtãtialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter nnſtram ſalutem deſcendit de Cęlis. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in Cęlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in ſpiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex patre filioq. procedit. Qui cum Patre, & filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per prophetas. Et vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſeculi. Amen.

Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquasq. eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector. Item ſacram ſcripturam iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum ſcripturarum, admitto: nec eam vnquam, niſi iuxta vnanimem

nimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoq. ſeptem eſſe verè, & propriè ſacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto Domino Noſtro inſtituta, atq. ad ſalutem humani generis (licet non omnia ſingulis) neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaq. gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoq. & approbatos Eccleſiæ catholicæ ritus in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſollemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in ſacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerũt amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro viuis, & defunctis; atq. in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento eſſe verè, & realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, vnà cum anima, & diuinitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti; fieriq. conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem: quam conuerſionem catholica Eccleſia tranſſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tãtum ſpecie totum, atq. integrum Chriſtum,

verumq.

verumq́. ſacramẽtum ſumi. Coſtanter teneo, Pur=
gatorium eſſe, animasq́. ibi detentas fidelium ſuf=
fragijs iuuari, ſimiliter & ſanctos vnà cum Chri=
ſto regnantes venerandos, atq. inuocandos eſſe;
eosq́. orationes Deo pro nobis offerre, atq. eorum re
liquias eſſe venerandas. Firmiſſime aſſero imagi=
nes Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non
aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe;
atq. eis debitum honorem, ac venerationem impar=
tiendam. Indulgentiarum etiã poteſtatem à Chri
ſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarũq. vſum Chri
ſtiano Populo maximè ſalutarẽ eſſe affirmo. Sanc=
tam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Ec=
cleſiam omnium Eccleſiarum matrem, & magi=
ſtram agnoſco; Romanoq́. Pontifici, beati Petri
Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti
Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac iuro. Cę=
tera item omnia à ſacris Canonibus, & Oecumeni
cis Concilijs, ac pręcipuè à Sacroſancta Tridenti=
na Synodo tradita, definita, & declarata indubi=
tanter recipio, atq. profiteor: ſimulq́. contraria om
nia, atq. hęreſes quaſcunq. ab Eccleſia damnatas,
& reiectas, & anathematizatas, ego pariter dam
no reijcio, & anathematizo. Hanc veram Catho
licam fidem, extra qnam nemo ſaluus eſſe poteſt,
quam in pręſenti ſpontè profiteor, & veraciter te=

neo, eandemq. integram, & inuiolatam vsq. ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atq. à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari quantum in me erit curaturum. Ego N. ſpondeo, voueo, ac iuro; ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Cap. II.

ſeſſ. 24. c. 12. de ref. & ſeſſ. 25. c. 2.

AVctoritate ſacri Concilij Tridentini præcipimus, & mandamus; vt amodo omnes dignitates, Officia Eccleſiaſtica, Præpoſituras, & Canonicatus, & quæcunq. beneficia curata obtinẽtes, & qui in poſterum obtinebunt, præſcriptam fidei profeſſionẽ genibus flexis poſiti in manibus noſtris, vel noſtri Generalis Vicarij expreſsè faciãt; ſic etiam magiſtri ſcholę, & qui literas docent: obtinentes verò dignitates, & Canonicatus, & qui deinceps obtinebunt in capitulo corã omnibus etiam profiteantur. Et contrafacientes decreto iuxta Canonicas ſanctiones, & decreta prędicta; ac pænis arbitrarijs puniantur, & excommunicantur; & nullatenus ad exercendum officium ſuum admittantur.

Cap.

Cap. III.

OMnibus, & quibuscunq. cuiuscunq. ſint gradus, dignitatis, & conditionis in hac ciuitate, & eius deſtrictu morantibus præcipimus; vt, ſi cognouerint aliquem prauis opinionibus, quo ad fidem, imbutum; vel de fide ſuſpectum, quàm citius poterint, ad nos ſub pœna excõmunicationis deferãt.

Cap. IIII.

ADdmoneant præfecti Curati, & Concionatores populum, quàm frequenter poterint, ne verbis ſacræ ſcripturæ, & ſententijs ad iocum, aſſentationem; contumeliam, ſuperſtitionem, impietatem, adulationes, vana, fabuloſa, impias, & diabolicas incantationes, ſortes, etiam libellos famoſos, aut ad quoſvis alios profanos vſus abutantur, & contrafacientes iuxta ſacrorum Canonum, & ſacri Concilij Tridentini Decreta, ac pœnis arbitrarijs puniantur.

QVÆ DECRETA SAC. Concilij Tridentini crebrò Eccleſiæ ſint publicanda.

C Cap.

Cap. I.

ET vt Chriſti fidelibus innoteſcant ſalutaria decreta ſacri Concilij Trid. vt cenſuras, & alias pœnas ibi appoſitas quilibet euitare poſſit, mãdamus auctoritate dicti ſacri Concilij, quòd in his Eccleſijs ſingulis menſibus infraſcripta decreta inter miſſarum ſollemnia publicentur v3. cap. 1. ſeſſ. 24. incipiens Tametſi cap. 11. ſeſſ. 22. de refor. incipiens, ſi quem clericorum cap. XII. ſeſſ. 25. incipiens. Non ſunt ferendi cap. 18 ſeſſ. 25. de regularibus incipiens Anathemati.

DE SACROSANCTIS ECcleſijs, earum cultu, & veneratione.

Cap. I.

Pſal. 92. c. decet de imm. Eccl. lib. 6. cõſt. Pij V. in n. 6. fol. 5.

DOmum Dei decet ſanctitudo, decet etiam; vt cuius in pace ſactus eſt locus, eius cultus ſit cum debita veneratione pacificus; propterea ad Eccleſias ſit humilis, & deuotus ingreſſus, quieta conuerſatio, Deo grata, & inſpicientibus placida: quæ conſiderantes non ſolum inſtruat, ſed & reficiat

reficiat, & omnes deuotis orationibus inſiſtant, genibusq́; flexis ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramẽtũ adorent: Ad nomen Domini Noſtri Ieſu Chriſti, eiusq́. Beatiſſimæ Matris ſemper Virginis Mariæ reuerenter caput inclinent; & nemini liceat, dum ſanctiſſima, & tremenda Miſſæ myſteria peraguntur, verbum Dei annunciatur, & horæ canonicæ recitantur, in Eccleſia ſpatiari, & deambulare, negocia tractare, & contractus facere, nec eodem tempore capitula cathedralium, aut collegiatarum Eccleſiarum congregari; ſciantq́. omnes in tẽplo & non in foro eſſe: ceſſent riſus, rixæ, quæſtiones, æpulę, & ſermones etiam ſerij pro tanti ſacramenti, & loci reuerentia: Et clerici, qui riſus, quæſtiones, & ſimilia in Eccleſijs, & ſacrarijs fecerint, grauiter arbitrio noſtro puniantur; & laici abſq. alijs monitionibus, poſtquàm per edictum moniti fuerint, excommunicentur.

c.t. ſeſſ.22. dec.de obſer. & vit. in miſſ. §. ab Eccl. Conc. alegustẽ. c. 9.

c.nõ oportet 24.diſt. l. Baſil. c. de oper. pub.

Cap. II.

IN Eccleſijs ita fideles ſedeant, vt ſanctiſſimam Euchariſtiam à tergo non habeant, & omnia profanarum rerum, præſertim cum mulieribus ſuſpectis colloquia arceantur; & quando miſſa celebratur, omnes animo ſint intenti ad ſacrificium,

Conſt. Pij V. p. alleg. p. April. 1568. c.ſãc.de celebr. miſſ. & p alleg. c. decet.

quod pro cõmuni vtilitate peragitur. Jn eleuatione Sanctiſſimi Corporis D. N. Jeſu Chriſti omnes vtrunq. genus flectant; & nemo canes, accipitres, baleſtras, ſcloppectos, cæteraq. huiuſmodi in eas inferat, neq. negligentia, aut procacitate alicuius diuinum Officiũ turbetur; Et pauperes non in Eccleſijs, ſed ante ianuas earum eleemoſynas quęrãt.

Cap. III.

c. decet de ĩmun. Ecc. lib. 6.

NEmo ad tractanda negocia in illis conueniat; nec profana, vana, laſciua, fœda, vel ſimilia verba confabuletur. Judicia non exercentur, nec parlamenta, commeſſationes, aut potationes fiant; nec in porticibus, vel veſtibulis venalia exponantur; nec ſeditiones, conclamationes, rixæ, vel impetus ibidem committantur.

Cap. IIII.

c. nemo in ſancta 1. c. veſti. c. ad nupti. de cõſ. diſt. 1.

VIgiliæ nocturnæ, & pernoctationes in Eccleſijs amodò non permittantur (Natiuitatis D. N. Jeſu Chriſti excepta) ſed in ſolis occaſu earum fores claudantur. veſtes, vel alia ornamenta ſacris addicta ad profanum vſum non accomodentur, nec à laicis contractentur; ſed in locis proprijs

decen=

decenter ſeruentur.

Cap. V.

ECcleſias collapſas, vel ruinam minantes Cappellani reficiant; & ſi dotem non habent, vel ſunt adeò tenues, quòd non ſufficiant (ſi tamen culpa eorum non corruerunt) oratoria, vel crux erigatur, pro vt nobis expedire videbitur, iuxta ſacrorum Canonum decreta, & ſacri Concilij Tridentini diſpoſitionem: ligna verò, & lapides non ad vſus profanos, & laicorum conuertantur; ſed Eccleſiarum tantum.

rot. tit. de Eccl. edif. vel rep. ſeſſ. 21. c. 2. de ref. c. lig. de cõſecr. diſt. 1.

Cap. VI.

ET ne ſacra profanis miſceantur, parietibus Eccleſiarum nihil immundum, aut profanum adhæreat, nec quicquam profani in ipſis intromittatur, reponatur, nec conſeruetur ſub pœnis arbitrarijs, & amiſſionis earum; ſed mundæ, & dealbatæ conſpiciantur: Tectum non ſit pluuioſum, pauimentum ſit integrum, & æquale, & pro ſepeliendis mortuis non deformetur, & patroni Eccleſiarum, ac ſepulcrorum reſpectiuè infra menſem ac comodent; & feneſtræ habeant ſpecularia ſua ſaltem

c. t. ſeſſ. 21.

tem

tem linea, ne obſcurior Eccleſia fiat. Et quali=bet Eccleſia ſacrarum habeat, vbi lotiones rerum ſacrarum immittantur.

Cap. VII.

c. Altaria de conſec. diſt. 1.

ALtaria ſint lapidea concinnata, & ſtabi=lia longitudinis ſex adminus palmorum: & habeant ſcabella lignea, vel lapidea, & decenter ſint cooperta pallijs laneis, vel ſericeis coloris tempo=re congrui, & mappas lineas, & telare ligneum, vbi pallium poſſit commodè affigi, & nemo illis ad=hæreat, vel ſuper illa aliquid faciat, vel ſcribat, vel confabuletur.

Cap. VIII.

diſt. c. Altaria.

HAbeat vnumquodq. Altare Jconam, vel ſaltem decentem picturam in parietes, Cru=cem in medio, candelabra duo, cartam ſecretorum Miſſę, & aram ſacratam, quæ calicem cum hoſtia capere poſſit, ac feneſtrellam in pariete ex parte Epiſtolæ, ut peluis cum vrceolis poſſit collocari.

Cap. IX.

SAcriſtiæ nitidæ ſimiliter conſeruentur, & ha=beant

beant veſtiarium ad paramenta, & reliquias con ſeruandas accomodatum, ne mures ingrediantur. Sint in eis oratoria, quantum fieri poteſt, ſeparata: in quibus ſacerdos ante & poſt miſſam ſe colligere, & orare, ac confiteri poſſint; ſitq. in loco præfixo aqua cum tobaleis ad manus abſtergendas ante, & poſt Miſſæ celebrationem; & in eis ſit cartula cum orationibus dicendis à ſacerdotibus, cum ſacras veſtes ſe induant, & exuant.

Cap. X.

QVælibet Eccleſia huius ciuitatis, & deſtrictus, etiã Regularium, tot confeſſionalia habeat, quot habet Confeſſores, & in locis conſpicuis, & apertis ponantur, ita; vt in omnium oculis ſint collocata. Et confeſſarius, & confitens poſſint ab vnoquoq. conſpici, & quibus confeſſionalibus ex parte confeſſarij affixi ſint Caſus reſeruati Sanctiſſimo D. N. & Epiſcopo, & ex parte pænitentis Imago Sanctiſſimi Crucifixi.

Cap. XI.

IN omnium Eccleſiarum ingreſſu à dextris ingredientium vas aquæ benedictæ conſtituatur

ex

ex marmore, vel alia petra ſolida factum: & ſit in eo ſemper aſperſorium preparatum, & nemo illi adhęreat.

Cap. XII.

e. aquā de cōſ. diſt. 3.

AQuam benedictam, cuius aſperſione ſe fideles ſanctificant, venialia purgant, & ab incurſu hoſtium ſe protegunt, dominicis ſingulis quibuscunq. diebus ſacriſtę harum Eccleſiarum innouandam curent: & ideo quolibet die ſabbathi fontes in Eccleſiarum aditu poſitos expurgari, ac ſordibus omnibus mundari, & munda aqua impleri faciant, & iuxta ritum Sanctę Rom. Eccleſiæ benedicaturi vt ipſa populus aſpergatur.

Cap. XIII.

SEpulcra marmore, vel petra ſolida ſint contecta, & ęqualiter cum pauimento adaptata: & ita ſint, vt malus odor inde exire non poſſit; & quæ hac refectione indigent, à patronis, ſub pœna quòd mortuos in eis inferre non poſſint, infra menſem accomodentur, & noua non fiant abſq. noſtra licentia in ſcriptis obtenta.

Cap. XIIII.

CÆmeteria verò claudantur; aut taliter accommodentur, vt brutis in ea acceſſus impediatur, & ab herbis ſingulo tertio menſe expurgentur; & arbores, aut vites in eis non plantentur, & ſi adſint, extirpentur.

c. ſi quis cō tumax 17. q. 4.

Cap. XV.

CAmpanæ huius Ciuitatis amodò non pulſentur ſic, deſuper deuolutæ, niſi pro mortuis, quæ deſeruire habeant ad Clerum, & populum in Eccleſia conuocandum, ad annunciandum mane miſericordiam Domini, & veritatem eius per noctem; & per illarum ſonitū fideles inuicem inuitētur ad præmium, & creſcat in eis deuotio fidei: Inſidiæ inimici procul pellantur, procella turbinū, impetus tempeſtatum, & fulgurum temperetur, infeſtaq. tonitrua, & ventorum flamina ſuſpendātur; ſpiritus procellarum, & aeris tempeſtas proſternatur; & vt illas audientes ad orandum confugiāt. Quarè magiſtratus etiam atq. etiam hortari oportet; vt campanis, quæ Eccleſiarum vſui ſunt adiectæ, ad reorum ſupplicij ſignificationem, ma=

vide etiā pag: 77. a tergo.

ximè ſi conſecratæ ſint, vti non patiantur.

Cap. XVI.

ECcleſiarum præterea indemnitati proſpicientes perſonis Eccleſiaſticis quauis dignitate fulgẽtibus, & alijs quibuſcunq. beneficia eccleſiaſtica obtinentibus, & procuratoribus, ac Capitulis Eccleſiarum, vel adminiſtratoribus Hoſpitalium, Monaſterij, piorum locorum, & Confraternitatum iniungimus, & mandamus; vt quilibet infra menſem à preſentis Synodi fine numerandum inuentarium omnium bonorum mobilium, & immobilium, iuriumq. & actionum, ac nomina debitorũ ad Eccleſias ipſas, vel pia loca ſpectantium cum ipſorum bonorum qualitatibus, ſituationibus, ſeruitutibus, libertatibus, confinibus modernis coram Notario, & Teſtibus in forma probante conficiãt; ac nobis fidelem copiam in viſitatione faciẽda preſentent. Quicunq. verò in hoc exequendo, vel negligens, vel parùm fidelis extiterit, grauiter Epiſcopi arbitrio punietur.

Cap. XVII.

EXtirpetur etiam omnino abuſus vendendi, ali-

enandi,

enandi, ſiue concedendi, vel quouis titulo dan= c. decet de
di, & licitandi etiam candela accenſa, & exten= imm. Eccl.
ta bona Eccleſię intus Sacriſtiam harum Eccleſia= lib. 6.
rum; ſed amodò dictę locationes, & licitationes cum candela accenſa fiant in Cortile Domorum Epiſcopalium; cum non liceat in domo Dei ſic negotiari, & contrafacientes acriter punientur.

DE DIVINO CVLTV, & diuinorum officiorum celebratione.

Cap. I.

Diuinum Officium debita, ac ſolita campanarum ſigna procedant, ea mora interpoſita; vt omnes Clerici Eccleſiæ opportunè ſe poſſint conferre; & cùm Eccleſiam fuerint ingreſſi, primò ſe ſigno crucis muniant, & aqua benedicta aſperſi, ea, qua decet, grauitate incedant, & flexis genibus ad Sãctiſſimũ Euchariſtiæ Sacramentum pręces Domino fundant, quibus porrectis ad ſacriſtiã proficiſcantur; vbi veſte talari retenta ſuperpelliceo, aut alijs veſtibus ſuo ordini ad pſallendum cõgruentibus induantur; vnde dato cum campanula ſigno, debito ordine exeuntes facta profunda reue=

rentia Sanctiſſimo Euchariſtię Sacramẽto Chorum ingrediantur, vbi facto ſigno ab hebdomadario, ſine mora diuinum officium incant, & proſequantur; ſuum quiſq. locum teneat; clericali bireto, non pileo vtantur; alternis vicibus attentè, grauiter, diſtinctè, & deuotè legant, ſeu canant; & non niſi expectato fine verſus alterius partis verſum alium incipiant: ſtallũ, aut locum non mutent; nec vagentur, aut inde exeant, niſi officio peracto, niſi aliquid agendum ſit, quod ad officium pertineat, aut neceſſitas illos excuſet; & tunc de licentia noſtri officialis, vel alterius deputati; non immodeſtè rideant, vel colloquantur; iocos, & rixas caueant; nõ dormitent; priuatum officium nemo dicat, nec libros, aliasuè ſcripta legat, neq. alio modo contẽdat, diuinum officium perturbando: & deniq. nihil indecorum faciat, ſed ſimul omnes modò ſedeant, modò ſtent, modò genuflectant, caput aperiant, operiant, & ſubmittant; prout officij ratio exegerit, & deuotè permaneant. Peracto officio genibus flexis aliquantum perorent; & vbi ſignum chori præfectus dederit, ſurgent omnes, & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ honore præſtito, honeſtè, & deuotè ſacriſtiam repetant, & poſtea in ſuam cuique domum liceat remeare.

Cap.

Cap. II.

MAtutinum celebretur in Choro alternis vicibus leniter, & diſtinctè, hora conuenienti: modò tantùm, vt ea ſit hora; vt matutini nomen ſibi verè ſortiatur: idemq. fiat de alijs horis, & miſſis; vt congruo tempore celebrentur.

Cap. III.

DIebus ſollemnibus matutinum, & reliquæ horæ debitis temporibus decantentur: diebus dominicis, & feſtiuis matutinum, laudes, prima, & veſperæ decantentur; reliquę verò horæ deuotè legantur; diebus verò ferialibus, vt ſolitum eſt, laudes, & primã canat, & reliquas horas legãt; & quotidie nouum Martyrologium recitetur, & nouo Kalendario Gregoriano omnino vtãtur, & ſuper altare maius, & in ceroferarijs maiores apponantur candelæ in diebus tàm ſollemnibus, & feſtiuis, quàm in cęteris diebus.

Cap. IIII.

CVm turpiſſimum ſit; vt, dum in Eccleſia diuinæ rei incũbitur, ij, qui Chriſti militiæ ſunt addicti,

addicti, ante fores Eccleſiæ vagentur, vel per plateas deambulent: ideo quilibet in Eccleſia debitis horis conueniat; vbi ſuis quiſq. quotidie (vt antiquitus optimè in his Eccleſijs ſeruatum, & conſuetum eſt) fungatur muneribus, & nemo extra Eccleſiam ſuperpelliceo indutus per vicos, & plateas vagetur.

Cap. V.

ſ. c. t. ſeſſ. 24. de ref. c. 12. §. omnes ſeſſ. 22. c. 4. ſeſſ. 7. c. 3.

QVanto dignitatibus, & officijs in his Eccleſijs prefulgent aliqui, tanto diligentius & frequenter Eccleſiæ deſeruire, diuinaq. pſallere officia per ſe, & non per ſubſtitutos obire ſtudeant ſuperpelliceo ſemper induti.

Cap. VI.

IN Choro, & extra vnuſquiſq. recitet officium ad modum Romani Breuiarij nouiſſimè reformati; & officium beatiſſimæ Virginis, quando ex debito celebrandum eſt, non omittant in Choro celebrare iuxta antiquum, & approbatum vſum harum Eccleſiarum.

Cap. VII.

CAntoribus, & Primicerijs abſentibus, quibus

bus cura eſt diuina officia intonare in Choro; liceat ſeniori presbytero eorum officia ſupplere; & ipſis poſtea aduenientibus, vel cuilibet eorum non liceat officia inchoata proſequi; ſed à quibus cœpta ſunt, perficiantur; & ſi per dies duos continuos defecerint (cauſa legitima excepta) liceat punctatori duplices pūctos deſcribere. Et ſi in tali cōtumacia per aliquot dies perdurauerint, noſtro arbitrio puniātur.

Cap. VIII.

HOræ canonicæ, vt dictum eſt, pro dierum ac feſtorum qualitate legantur, vel cantentur; pro vt Chori præfectus ex Eccleſiæ inſtitutos vel Epiſcopi præſcripto expedire arbitrabitur. Et hebdomadarius officium in Choro ordinans ſemper ſtola vtatur diebus ferialibus, feſtiuis autem etiam pluuiali ornetur. c. per lect. āte ſin. 25. diſt.

Cap. VIIII.

EA autem pſallendi ratio comprobetur; vt concorditer pſallatur; ſiue pſalmi memoriter cantentur, ſiue antiphonæ, reſponſoria, & alia miſſarum in libro canenda, ſemper in libro, & non memoriter cantentur; & ſiue verbo, ſiue cantu aga- c. Cleros 21. diſt. c. cantan. 91. diſt. & c. nō medio- crit. de cō- ſer. diſt. 5.

tur, voce non nimis depreſſa, nec nimis arguta Dei laudes concorditer proferantur.

Cap. X.

Fiat autem in medio cuiusq. pſalmi verſiculo ſuſpenſio conueniens, qua pars à parte diſtinguatur; quòd valde ab benè pſallendum conferre exemplo conſtat: contineantq. pſallentes, & legentes ipſi eorum voces intra tonos, & modulos quicunq. contigerit, nec vocibus euagentur, quo nihil eſt indecentius: nec non inter feſtiuum, & feriatum officium congrua differentia fiat ad ipſius Chori præfecti arbitrium.

Cap. XI.

SI quis autem error inter pſallendum, aut orandum; vel omittendo, vel ſubuertendo contigerit, is, non ab omnibus, ſed à Chori præfecto tantummodo corrigatur; qui pro ſua prudentia vel ſuppleri, vel repeti, aut progredi mandabit: pro vt ſibi magis expedire videbitur.

Cap. XII.

HEbdomadarius, qui finitis ſignis cum campanis

nis datis pro horis legendis, vel cantandis non fuerit præſens in Choro ad diuina officia inchoanda, dupli puncto punctetur; & ſi in hac contumacia perſeuerauerit, noſtro arbitrio puniatur.

Cap. XIII.

AD matutinum officium quicunq. reſponſoria, vel lectiones pro ſuo munere eſt in Eccleſia recitaturus, ea perlegat, atq. præuideat; vt prōptius legat, vel cātet, erroreſq. inter legendū vitet, vt diuinorū officiorū cōtinuatio cātādo non impediatur.

Cap. XIIII.

EPiſcopum ad diuina officia celebranda, vel audienda progredientes omnes de Capitulo, & Clero, & precipuè dignitates, & officia obtinentes in Eccleſiam deducant, & reducant, & Miſſam Pontificalem celebranti, aut alia Pontificalia exercenti dignitates obtinentes, & magiſter ceremoniarum miniſtrent, & aſſiſtant iuxta ſacri Concilij Tridentini decreta. c. 1. ſeſſ. 24. c. 12. de refor.

Cap. XV.

OMnes presbyteri, & alij ſacris ordinibus

inſigniti cuiuſcunq. ſint dignitatis, ordinis, & officij munera ſua per ſe ipſos ſubeant, & non per ſubſtitutos, iuxta ſacri Concilij Tridentini decreta, & Conſt. fel. record. Pij Quinti, aliàs grauiter noſtro arbitrio punientur.

ſeſſ. 24. c. 12. ſeſſ. 22. c. 3. ſeſſ. 7. c. 3. & infra & de pũct. c. fin. n. 65. fol. 38.

Cap. XVI.

IN fine diuinorum officiorum, & miſſarum cõuentualium, quando diſceditur à Choro poſt recitationem Pater noſter, Aue Mariã, & Credo quando dicitur, ſemper vnanimiter, & concorditer dicãtur ſequentes orationes v3. Sacroſanctæ, ac indiuiduæ Trinitati, Suſcipe Clementiſſime, & Actiones; & ſic poſtea deuotè, & grauiter ad ſacriſtiam ordinatè reuertantur.

DE PVCNTATORE.

Cap. I.

PVnctatores ſingulo quoq. anno per Capitulum conſtituantur, & à nobis approbentur, quibus iuramentum per nos, vel noſtrum Vicarium deferatur de bene, & legitimè officium ſuum exercendo ſub dupli, quanti id fuerit, & periurij pœna, & quo=

& quotidie in Choro perſonaliter deſeruiant; aut ſaltem vnus eorum adſit.

Cap. II.

SI quis ad matutinas horas ante finem primi nocturni, ideſt ante finem tertij pſalmi vel ad alias ante finem primi pſalmi illius horæ non venerit ſolitis punctis notetur, ideſt tornienſe vno pro qualibet hora dierum ferialium, & diebus dominicis, & feſtiuis granis duobus: ſollēnibus verò granis quinq. pro qualibet hora; Idemq́. de illo dicitur, qui ad miſſam ante finem Epiſtolæ non acceſſerit.

Cap. III.

PVnctatores ſtudioſè inquirant, an omnes Clerici canonicis horis interfuerint, & diuina officia obierint; ac eos, qui in his deliquerint in libro, quem vocant, punctorum notent.

Cap. IIII.

SIngulis autem menſibus nobis, vel noſtro Vicario punctationum libros pũctatores ipſi præſentare teneãtur, quos ſi nõ rectè ſe habere nos cognouerimus, eos negligẽtia pœnas duplici ſcilicet, & per- c. 1. ſeſſ. 21. c. 3. de refor.

 iurij

iurij dare compellimus. Idē quoq. punctator quisq. facere debeat, antequam alicui Eccleſiæ miniſtro, qui de diſtributionibus participet, eius ſeruitij portio aſſignetur; & hoc, vt omnes fraudes & colluſiones expellantur.

Cap. V.

c.t.ſeſſ.24. c. 12. de refor.

LAudabilem vſum harum Eccleſiarum approbamus; vt qui ad ſummam ducatorum ſex pūctorum aſcenderit, careat medietate portionis ſibi tangentis, & nihilominus deſeruiat; & circa huiuſmodi diſtributiones quotidianas prohibemus colluſionem aliquam, vel remiſſionem de eis fieri ſub duplici pœna à comonerio capituli, ſi capitulariter omnes deliquerint perſoluenda; ſi verò aliqui de Capitulo in hoc exceſſerint, ipſi delinquentes tantummodo ex ſuis diſtributionibus omittunt, & pijs vſibus noſtro arbitrio applicetur: & omnes de Capitulo abſq. exceptione perſonarum punctis eorum abſentia notentur, aliqua conſuetudine in contrarium non obſtante, quæ potius corruptela eſt dicenda.

c.t.ſeſſ.24. c.12 §. omnes & ſ. de diu. cul. c. 15.

De ſacræ ſcripturæ lectione.

Cap. I.

VAlde neceſſaria eſt ſacræ ſcripturæ lectio Populo

pulo Dei; vt experientia hodierna docuit, & docet; cibus enim animæ eſt, nec eſt ferendum animas ſpiritualibus cibis eſurire, iuxta illud Prophetæ; Paruuli petierunt panem, nec erat qui frangeret eis. Ideo mandamus, lectiones ſacræ ſcripturæ in hac Eccleſia Cathedrali diebus feſtiuis haberi per Theologum à nobis deputatum iuxta ſacri Concilij Tridentini decreta, & ſibi aſſignari debere præbendã per nos deputandam; & mandamus omnibus Clericis huius Ciuitatis, vt perſonaliter interſint; hortamur etiam, & monemus populum, vt ſimiliter intereſſe velit pro earum animarum ſalute. ſeſſ. 5. c. 1. de refor.

Cap. II.

PRima fidei Chriſtianæ rudimenta ſingulis dominicis, feſtisq. diebus pueros, aliosq. rudes, & infantes ludi magiſtri, vel alij ad id idonei per nos deputati doceant; qui à prandio pueros ad Eccleſiam campanæ ſonu conuocandos curent; & hortamur populum, vt doctrinæ Chriſtianæ ſocietas in hac Ciuitate inſtituatur, & conſeruetur ad conſequendas etiam indulgentias conceſſas per Conſtitutionem ſan. Mem. Pij V. ſ. c. 1. ſeſſ. 24. c. 4. §. fin.

DE LVDI MAGISTRIS.

Cap.

Cap. I.

c. t. ſeſſ. 5. c. 1. de ref.

QVi publicè infantes erudiunt, quorum tener animus eſt; ac quocunq. ducas, eſt flexibilis, ij non minus fide ſint, & vita, quàm doctrina, ſcientiaq. commendati, & à nobis approbati, fidemq. ſanctã Catholicam in manibus noſtris, vel noſtri vicarij profiteantur; nec eos tantùm libros pueris non interpretentur, vel ab illis legi patiantur, qui in Indice prohibentur, ſed neq. alios, qui rebus obſcęnis, & turpibus reſperſi ſunt, ſiue latino illi ſermone, ſiue italico conſcripti ſint; Et ſecus facientes pœnæ ſecundum indicem librorum prohibitorum, & alijs noſtro arbitrio reſeruatis ſubiaceant.

Cap. II.

c.t.ſeſſ.24. c. 4.

PRædictis magiſtris præcipimus; atq. per viſcera D. N. Ieſu Chriſti in Domino obnixius obſecramus, quod ad Chriſtianę vitę integritatem plurimum habet momenti, vt eos bonis moribus, ac ſalutaribus monitis, præceptisq. imbuant; nec non in doctrina, & religione Chriſtiana exerceant, cæteraq. in eos officia præſtent, quæ Leo X. in Conc. Lateranen. ſanxit.

DE

DE CÆREMONIARUM magiſtro, & ceremonijs.

Cap. I.

CÆremoniarum magiſter doceat Clerum quando pedibus ſtare, quando ſedere, quando capita inclinare, quando operire, quando aperire; & demum quando genua flectere ſit opus. Præſcribat omnibus, idq. in Sacriſtia, quod quisq. munus ſit obiturus, has, & alias ceremonias, tàm in Choro, quàm etiam in Miſſis, & Veſperis Pontificalibus omnibus, & proceſſionibus doceat, ipſosq. inſtruat, quomodo etiam nobis in Choro præſidentibus aſſiſtere, miniſtrareq. habeant: & quisq. munus ſuum benè, & diligenter peragat ad laudem Dei, & populi ædificationem.

Cap. II.

CÆremoniæ omnes, quæ ſignacula ſunt pietatis, & religionis Chriſtianæ à Romana Eccleſia inſtitutæ, & ſeruari ſolitæ iuxta libros ceremoniarum; & rubricas Pontificalis, & Mißalis noui; vt ſanctè, & piè ſunt inuentæ, ſic religiosè in hac Eccleſia conſeruẽtur; & quæ non ſunt vſq. adeò

c.t. ſeſſ.22. c. 5.& can. 7. ſeſſ. 25. can. 5.seſſ. 24. c. 1§. ſeque.

adeò obſeruatæ, introducantur; & ab omnibus obſeruentur.

DE ORGANO ET MVSICA.

Cap. I.

ſeſſ. 22. in dec. de obſec. & euit. in miſſis §. ab Eccleſ.

ORganorum vſus ad diuini cultus ornatum in miſſis, cæteriſq. diuinis officijs, vt Sacrum Concilium Tridentinum mandat, ſeruetur; nec modulationes laſciuas imitetur, ſed ſoni ſint Eccleſię, & Domui Dei, & diuinis laudibus accomodati; ſitq́. organorum ſonus, & vocum in illis modulatio eiuſmodi, quæ ad pietatem, & religionem audientes excitet: non vt aures vulgi tantummodo mulceat: Alia verò inſtrumentorum genera, præter organa, in Eccleſijs abſq. noſtra expreſſa licentia non adhibeantur.

Cap. II.

MAgiſtrum muſicæ in hac Eccleſia Cathedrali introduci mandamus cum congrua mercede ſibi, & cantoribus aſſignanda iuxta taxam per nos faciendam; vt diebus feſtiuis miſſa, & Veſperæ cum muſica cantentur: & vt doceantur pauperes

Clerici; qui verò habebunt vnde ſoluerent, ex proprio mercedem iuxta ſolitum dabunt magiſtro.

Cap. III.

ET vt omnes benè, & ſecurè valeant in his Eccleſijs diuinas laudes canere cum muſica, & cantu plano, ne diſſonantia cum irreuerentia diuinorũ officiorũ audiatur, mandamus; vt omnes Clerici dent muſicæ operam, aliàs ſi muſicam ignorare comperti fuerint, non admittantur in numero ſacerdotum participãtium, donec ipſam perceperint.

De priuati officij celebratione.

Cap. I.

ADhęrentes decreto fel. rec. Leonis X. in Lateranen. Conc. proximè celebrato; & per fel. recor. Pij V. innouato, & declarato mandamus; vt Clericus Curatum, vel ſine cura beneficium obtinens, ſi poſt ſex menſes ſine iuſti impedimenti cauſa ab illo die, quo illud obtinuerit, diuinum officiũ non dixerit, fructus ſuos non faciat; ſi verò canonicè admonitus in negligentia, ſeu malitia perſeuerauerit, beneficio priuetur: Is verò dicatur officiũ

Conc. Lateran. ſeſſ. 9. §. ſtatui. cõſt. Pij V. incipiẽ. ex px. n. 231. fol. 181.

omittere, & beneficio priuari poſſit, qui quindecim dierum ſpatio bis illud omiſerit: qui verò ſacris initiati beneficium non habent, præter graue peccatum à nobis grauiter punientur. Omnes etiam hortamur, ne confabulando, vel aliquid faciendo horas canonicas recitẽt, ſed in aliquẽ locum orationi aptũ, ne mentis vagatio fructum orationis intercipiat.

c.Preſb.91 diſt. & c. ſi quis preſb. 92.diſt.

De prædicatione verbi Dei.

Cap. I.

ſeſſ. 5. c. t. ſeſſ. 24. c. de ref.

CVm precipuum munus noſtrum ſit Euangelij predicatio, quæ valde populo Dei neceſſaria eſt, cum ſit animæ cibus. Ideo ſacrum Concilium Tridentinum grauiſſimis verbis hoc onus nobis impoſuit, & per nos ipſos oues nobis commiſſas ſalutaribus verbis paſcamus; pro vt pro poſſe noſtro facimus; verùm legitimè impediti per idoneas perſonas id effici curamus.

Cap. II.

ET quia cuius vita deſpicitur, eius prædicatio contemnitur; præcipimus omnibus prædicationis officio fungentibus, vt priusquam ad prædicandum

dum ſe exponat præter literarum ſufficientiam, eorum vitam, ac mores ita componant, vt alios ędificent, & non deſtruant: doctrinam ſanctam, & Catholicam, & Sanctum Euangelium prędicent iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, & ſanctorum Patrum auctoritas comprobauit: Hæreticorum argumenta apud imperitam multitudinem non recitent, ſed potius, ſi neceſſitas poſtulauerit, acerrimè confutentur. Dominos ſpirituales, ac temporales, & magiſtratus modeſtè, ac piè, & non acriter admoneant; & in reprehendendis vitijs ita ſe habeant, vt cuiusquam famæ, & honori nominatim, vel per circumlocutionem nullo pacto detrahãt; nec inanes fabulas, & ridiculas interponãt, ſed eorum præcipuus ſcopus ſit vitia redarguere, bonos mores, ſanam, orthodoxãq. doctrinã inducere, & ad Jeſu Chriſti Domini noſtri, eiuſq. ſanctorum imitanda veſtigia cohortationibus, & admonitionibus inflammare.

c. t. ſeſſ. 4. de edict. & vſu libror. §. pręter

Clē. relig. §. quibus de Eccleſ. priuil.

Cap. III.

ET ſi nobis conuenit diebus Quadrageſimæ, & in alijs diebus prędicationibus intereſſe, decet etiam quòd Clerici omnes ſimiliter interſint; & qui deſuerint, à nobis arguentur; & quando opus fuerit,

rit, pœnis punientur, vt cęteri noſtro, & eorum exẽplo ad audiendum verbum Dei alacrius confluant, pro vt omnes laicos in Domino hortamur, vt quò melius poterint, intereſſe conentur; vt eorum animabus cibum ſpiritualem tribuant.

Cap. IIII.

IN diebus Quadrageſimę, donec verbum Dei in Eccleſia proponitur, omnes apothecę claudãtur, & ſacram concionem Paſſionis D. N. Ieſu Chriſti noctu haberi prohibemus, & quocunq. anni tempore diurnis horis prædicetur, & fœminę ſeorſum à maribus concionibus interſint.

Cap. V.

c. t. ſeſſ. 6. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 4.

PRæcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis concionatoribus, quod prædicare non audeant abſq. noſtra approbatione ſub pœnis noſtro arbitrio infligendis; ſin autem regulares fuerint, & prædicare voluerint in Eccleſijs etiã ſuorum ordinũ cum his Decreta ſacri Concilij Tridentini ſeruẽtur.

DE HOSPITALIBUS, *pijs locis & Confraternitatibus.*

Cap.

Cap. I.

HOſpitalia, & alia pia loca fidelium eleemoſynis erecta, iuxta fundantiũ & dotantium voluntates diligenter, vt decet, adminiſtrentur, & gubernentur, ac eorum ędificia ruinam minantia inſtaurentur; & tàm ipſa loca, quàm eorum bona ad alium, quàm præſciptum vſum non conuertantur; & ipſa hoſpitalia, eorumq́. bona, cubilia, & alia, & ſimilia nitida, munda: & pro infirmis, & Chriſti pauperibus accõmodata habeant. Clem. qa contin. de relig.dom.

Cap. II.

ADminiſtratores Confraternitatum, & piorum locorum ſingulis annis ab omnibus collegialiter congregatis in die feſtiuitatis eorum Eccleſię, vel quando ſolent, eligantur, ratienem eorum adminiſtrationis coram nobis, vel noſtro Vicario, vel computiſta à nobis deputato reddant, caueantq́. ne bona ſtabilia dictorum locorum vendant, permutent, vel quo vis modo alienent abſq. Sedis Apoſtolicæ beneplacito ſub pœnis ſacrarum conſtitutionum in ſimilibus aduerſus contrauenientes comminatis. c.t.ſeſſ. 22. c. de ref. extrã. ambit. de reb. Eccl. non alien.

Cap.

Cap. III.

HAbent Confratres quarumcunq. ſodalitatum Crucifixum, & Vexillum cũ imagine ſancti eorum Eccleſiæ, duo ſaltem ceroferaria cum cereis, & campanulam, veſtibusq. induantur in proceſſionibus, & diuinis officijs, quibus eorum confraternitas vti ſolet: ad proceſſiones quoq. maximè quãdo vocati fuerint, & ad alia pia opera libenter accedant: & hortamur omnes, vt quilibet ſuam veſtem habeat, & in dictis proceſſionibus cum alijs confratribus ipſa vtatur.

Cap. IIII.

PIæ teſtantium voluntates, & aliæ piæ diſpoſitiones plerumq. ignorantur, & animæ defunctorum debitis fraudantur ſuffragijs. Jdcirco c.t. ſeſſ.22. c. 8. de ref. Notarij tàm Eccleſiaſtici, quàm ſeculares, & quiuis alij huiuſmodi legata, & diſpoſitiones inter viuos, vel cauſa mortis intra tres menſes nobis, vel noſtro Vicario manifeſtẽt à die celebrati contractus, vel à die mortis Teſtatoris, vel à die habitæ notitię, ſi in eorum ſchedis fuerint, ac eorum exemplum autenticum congrua mercede accepta tradant ſub pænis noſtro arbitrio infligendis.

Cap. V.

QVisquis in laicorum confraternitatis numerum adſcribetur, omnia Capitula à ſancta ſede Apoſt. vel à noſtro prędeceſſore cōfirmata ſeruare teneatur, ſi ſecus fecerit è cōfraternitate eijciatur.

Cap. VI.

HOrtamur in Domino omnes Confraternitates huius Ciuitatis, vt in feſtiuitate Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis, quæ eſt titularis huius Cathedralis Eccleſiæ, ad diuinum cultum, & deuotionem dictæ beatiſſimæ Virginis augendam quælibet die hora completorij vna ipſarum proceſſionaliter dictam Eccleſiam, ac ſacras reliquias ibidem exiſtentes viſitet, quibus pro qualibet vice quadraginta dies de indulgentia concedimus.

Cap. VII.

MOns pietatis, qui in hac ciuitate eſt erectus pro pauperum neceſſitatibus occurrentibus; vt omnis humanus reſpectus ab ipſis adminiſtratoribus tollatur de patronorum, qui ipſum erexerunt, conſenſu & voluntate (ſi aderit) ipſum in ſimili, c. 1. ſeſſ. 22. c. 6. de ref.

&

& valde neceſſarium, ac ſalutare, & piiſſimum opus in hac Ciuitate transferimus, v3. in erigendo Zenobio pauperum virginum, quæ periclitari poterint, quantum introitus ſufficere poſſit, & ab ipſiſmet adminiſtratoribus gubernetur iuxta modum Zenobiorum pauperum virginum, Spiritus ſancti, & Sancti Eligij Neapolitanæ Ciuitatis, & ſecundum inſtitutiones per nos faciendas: quos ſingulis annis nobis rationem eorum adminiſtrationis reddituros obnixios eſſe mandamus.

DE MIRACVLIS, & ſacris Imaginibus.

Cap. I.

ſeſſ. 25. in decr. de inuoc. & vẽ. § hæc.

CAueant omnes Clerici huius Ciuitatis etiam regulares, & quicunq. alij, vt poſthac nulla noua miracula populo proponant, neq. admittãt, niſi prius à nobis ſacri Concilij Tridentini ſeruata forma fuerint recognita, & approbata, ne Diaboli fraudes, & hominum impoſturæ pro miraculis habeantur ad diuini nominis contumeliam; & inde vera miracula contemnantur.

Cap.

Cap. II.

Sancta mater Eccleſia, & Sacri Canones ſemper tradiderũt & S.C.T. cõfirmauit, Imagines Chriſti, & Sanctorum in Templis, & in alijs honeſtis locis habendas, eisq. reuerentiam, & debitum honorem exibendum; & ne quid inordinatum quod ad hanc rem pertinet, agatur, nihilq. inhoneſtum appareat; mandamus, ne quo in loco ſacro inſolitæ, & nouæ imagines, niſi à nobis probatæ fuerint, apponantur; & ſi quæ erectæ, & depictæ inueniantur, quæ riſum, aut turpes cogitationes, potiusquàm deuotionem: & quicquid, quod non deceat, præſeferant, eas tolli, aut omnino mutari mãdamus, tollaturq. in Sanctorum inuocatione, & reliquiarum veneratione, & ſacro vſu imaginum omnis ſuperſtitio, omnisq. turpis quæſtus eliminetur, & quicquid laſciuum videtur; ita vt imagines procaci venuſtate non pingantur, neq. ornentur; ſciatq. populus nullum cultum imagini propter materiam, aut elegantiam, & artificium, aut operis pretiũ deberi; ſed propter rem ſignificatam; ſeu contactum, vt mentes fidelium propter inſpectionem earum deuotè excitentur ad exhibendum his, quorum imagines ſunt, reuerentiam, & honorem. Caueãtq. etiam omnes laici, ne in ſuis ædibus, ſiue cubiculis

ſeſſ. 25. in p. alleg. decr. S. Greg. in Epiſt. ſecũtino ſeruo Dei recluſo directa.

c.t. eadem ſeſſ. & dec. & Cõc. Agripinen. c. 5.

laſciuas imagines, & ſeminudarum mulierum pic turas, quæ ſpectantium mentem ad turpitudinem incitare poſſint, nullo modo habeant.

DE SACRARVM RE=liquiarum veneratione, & conſeruatione.

Cap. I.

QVia Sanctorum reliquię olim viua Chriſti membra, & ſpiritus ſancti templum fuerunt: quarũ maxima, & numeroſa copia in hac noſtra Eccleſia, & in altaris Icona, & intus ſacriſtiã cõſeruatur, & veneratur. Ideo mãdamus, vt quàm decentius fieri poteſt, cum veneratione obſeruentur; & ab eis omnis abuſus tollatur; & caueant, ne quis ignotas, vel nouas reliquias populo venerandas offerat, niſi prius à nobis probatæ fuerint; nec antiquæ facile omniũ oculis exponantur abſq. noſtra expreſſa licẽtia; nec ex loculis, vbi conditæ ſunt, educãtur, ſed honorificè vbi permanent cum omni religione obſeruẽtur. Et quando populo de noſtro mandato oſtendendę erunt, aut in proceſſionibus circunferendæ cum luminibus accenſis, & cum omni debita ſollemnitate id fiat, & reuerentia.

Cõc. t. ſeſſ. 25. in præalleg. decr. § hęc c. 1. & 2. de rel. & vẽ. sãct. & c. decet de immũ. Eccleſ.

DE

DE ACTIONIBUS, ET repræſentationibus ſacris,

Cap. I.

VEneranda D. N. I. Chriſti paſſio, & martyrum glorioſa certamina, atq. aliorum ſanctorum Chriſti geſta, nec in ſacro, nec in profano loco repræſententur, nec in hebdomada ſancta, nec alijs temporibus in Eccleſijs, & locis ſacris, & proceſſionibus homines barbati Iudæos repræſentantes veſtiantur; ſed prædicta omnia doctè, & grauiter, & deuotè à cōcionatoribus, & doctis viris exponantur; vt auditores cum lacrymis ad eorum ſanctorum imitationem, ac inuocationē excitentur. c. t. ſeſſ. 25. in decr. de inuoc. & c. cum de eorum de vita, & honeſt. cler.

DE PROCESSIONIBVS.

Cap. I.

QVando ex præcepto Sanctæ Matris Eccleſiæ, vel alia ex cauſa à nobis indicanda proceſſiones generales fiunt; omnes Clerici Ciuitatis cuiuscunq. ſint gradus, dignitatis, & conditionis, etiam exempti, & regulares in hac Cathedrali Ec- c. t. ſeſſ. 25. c. 13.

cleſia conueniãt cum ſuis veſtibus ordini, & dignitati congruentibus; & bini ſecundum gradus, & ordinis conditionem Crucem præcedentem ſequãtur cum interſtitio inter eos congruenti arbitrio magiſtri cæremoniarum; & deuotè, grauiter, demiſſisq. oculis gradiantur; non confabulentur, nec locum deſerant; non huc, atq. illuc oculos coniyciant, vel ad feneſtras extollant; ſed omnes vnanimiter pſallant, recitent, ſileant, prout tempus fuerit, & Chori præfectus dictabit; nec vllus abſq. ſuperpelliceo intus proceſſiones deambulet, ſed omnes omiſſis curioſitatibus, excluſisq. colloquyis, præcibus & ſacris laudibus ſedulò dent operam, memores ſe corã oculis cuncta cernentis maieſtatis, iunctosq. angelicis agminibus ita procedere; nemo etiam in via inaniter, curioseq. ſpectandi cauſa ſubſiſtat; quę omnia ſeruentur in omnibus proceſſionibus etiam mortuorum, & quando Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ad infirmos defertur.

Cap. II.

CRux ſemper deferatur à Clerico ſuperpelliceo induto, qui etiam habeat ſocium conſimilem, & ſi fieri poteſt, duo ceroferaria cum cereis à Clericis delata Crucẽ præcedant, proceſſio ab hac Cathe-

drali Eccleſia proficiſcatur; & eo, quo proceſsit ordine, ad eandem Eccleſiam reuertatur, niſi aliud nobis ex cauſa videbitur. Abſens reputetur, qui ante quã è foribus Eccleſiæ Clerus progrediatur, non adfuerit; & laici à Clericis, & à viris feminæ ſeparatim, & deuotè quo ad fieri poterit, proſequãtur.

Cap. III.

MOneatur populus, vt in proceſsionibus, & ſupplicationibus omnibus, & præſertim cũ ſanctiſsima Euchariſtia defertur, & triduo ante, & in die Aſcenſionis cum ea modeſtia, reuerentia, & deuotione, quæ pijs, & religioſis huiusmodi actionibus debentur, incedat.

DE SACRISTIS ELIGENDIS

Cap. I.

AModo in hac Chathedrali Eccleſia per Archidiaconum, vel Capitulum, vt ſolitum eſt, tres Sacriſtæ eligantur bonæ vitæ, quorum vnus ſit optimæ, & ſenioris, exemplariſq. vitæ, qui maior ſacriſta dicatur, & præſit cæteris, & quo ad

fieri

fieri poteſt, ſit grauis, literatus iuxta ſacrorum Canonum Decreta; vt ſuum officium cum omni decore, & laude Dei, ac ſacramentorum reuerentia exerceat: quod ſi prædictam electionem modo prædicto nō fecerint, Epiſcopus, vel eius Vicarius dictum ſacriſtam maiorem cum prædictis conditionibus eligat; ipſumq. etiam per cenſuras Eccleſiaſticas officium obire compellat.

SESSIO SECVNDA

DE SACRAMENTIS. in genere.

Cap. I.

Ioā. c.3. niſi qs renat. &c. Pau. ad Tit. c.3. ſal. nos etc. act. Apoſt. c.2. pęnit. agite c. decet de

SAcramenta Eccleſiaſtica, ex quibus fidelium ſalus pendet, & peccatorum remiſſio, gratia cæleſtis, & communicatio Spiritus ſancti nobis pollicetur cum maxima reuerentia, & timore domini; tractanda ſunt, ne propter irreuerentiam ira Dei in mi=

in miniſtros ſæuiat. Caueant ergo ſacerdotes; ne, cum ſacramenta miniſtrent, diſſolutiones, riſus, deambulationes, ſtrepitus, aut clamores fiant, ſed qui aſſiſtunt, valde deuoti, & humiles ſint cum miniſteria ſingularia in ipſis contineãtur, & per ea Deo omnipotenti viſum eſt peccatis noſtris mederi, ac nobis gratiæ ſuę medicinam, diuerſa tamen ratione infundere. Ideo ab omnibus, qui huiuſmodi ſacramẽta miniſtrauerint ſanctè, nitidè, & religiosè tractanda ſint; nec quicquàm pro illorum adminiſtratione exigat, aut petant, laudabili tamen conſuetudine excepta, cum non ſolum abſq. ſimoniæ labe, verum etiam ſine auaritię, & turpis lucri ſuſpitione ſint prębenda, qui contra fecerint, pœnis à iure, & noſtro arbitrio infligendis puniãtur.

imm. Eccl. lib. 6. c. 7. ſeſſ 22. decr. de obſ. & euit. in miſſ. § ab Eccl. c. nõ ſatis de ſimo. Gelaſ. Papa in Epi. c5. Cõc. Alelden c. 5. & c. ſicut de ſimo.

Cap. II.

NVlli miniſtrorum liceat abſq. ſuperpelliceo, & ſtola ſacramenta miniſtrare; nec deferre; obſeruenturq. omnia diligenter, quæ in Cathechiſmo Romano in ſacramentorum adminiſtratione adſcripta ſunt, & ritus, & cęrimonię omnes per Sanctam Romanam Eccleſiam ſeruari ſolitę in ſacramentorum adminiſtratione, in exorciſmis fontinm, & ſponſarum benedictionibus in his Eccleſijs

c. eccleſiaſticarũ 11. diſt. & c. illud 22. diſt

ſijs ſeruētur; & nouę omnes, vel antiquę prauę con ſuetudines huic Decreto aduersātes, omnino tollātur.

Cap. III.

c. t. ſeſſ. 22. c. 8. & ſeſſ. 24. c. 7.

ET ne plebs imperita per imprudentiā, & hęreticorum deceptionem ignoret, quàm maximū ſit beneficium ſibi à Chriſto relictum contra peccata remedium; vel eo abutatur ad dānationem, & mortem, quod illi ſaluator noſter pręparauit ad ſalutem, & beatitudinem; precipimus, vt pręfecti Curati harum Eccleſiarum, & omnes alij ſacramenta miniſtrantes; vt cum ſacramenta populo miniſtranda erunt, grauibus verbis ſpiritu Dei plenis prius illorum vim, & vſum pro ſuſcipientium captu lingua vulgari piè, prudenterq. ac diligenter explicent iuxta formam in Cathechiſmo præſcriptam in ſingulis ſacramentis conferendis; vtq. de illorum ſingulis credenda Sancta Mater Eccleſia proponit; intelligant, ad eorum dignam perceptionem capaces inuitare, atq. adhortari conentur.

Cap. IIII.

MInistri verò dictorum Sacramentorum omnium in viſitatione per nos facienda tabel-

lis in Eccleſijs appoſitis, & à nobis probatæ proponentur: à quibus huius Ciuitatis populus cum deuotione, & non ab alijs recipiat ſub pœnis ibidem apponendis.

De Baptiſmi Sacramento.

Cap. I

PRefecti Curati, & ſacerdotes, ad quos baptizandi cura pertinet, ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis caueant; vt vnus tamen, ſiue vir, ſiue mulier iuxta Canonum inſtituta, vel ad ſummum vnus & vna, non plures baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant, dictiq. baptizantes antequàm ad baptiſmum conferendum accedant, diligenter ab his, ad quos ſpectabit ſciſcitentur, quem, vel quos elegerint; vt baptizandum de ſacro fonte ſuſcipiant; & nominati, ſeu nominandi tantum ad illum, qui baptizari debet ſuſcipiendum admittant; doceantq. eos, quam inter ſe cognationem contraxerint.

Cōc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. c. in Cath. c. nō plur. de ſcōſecr. diſt. 4. c. q̃uis de cog. ſpũali c. 6. Cōc. Pariſ. c. 2. cōc. vormacē. 4. c. 1. & c. ſymb. & c. baptizā. c. paruuli de cōſ. diſt. 4.

Cap. II.

PRæcipimus etiam, & mandamus ſacerdotibus prædictum ſacramentum miniſtrantibus; vt

c. t. ſeſſ. 24. c. 2.

tam ipſius miniſtri, & patrinorum, quàm baptizati nomen, & cognomen; nec non diem baptiſmi, anni, & menſis in libro, qui in ſacriſtia ſeruatur, deſcribant; & num ex legitimis parentibus infans ortus fuerit, ſubnotetur; etiam ſi quãdo contingat baptizatum parentibus eſſe ignum, librumq. vbi abſolutus fuerit, in Eccleſiarum archiuio conſeruent; vt ſi quando cognatio ſpiritualis, vel ętas baptizati probanda erit, ex dicto libro fides, & teſtimonium haberi poſſit.

Cap. III.

c. veuer. de cõſ. diſt. 4. & ibi gloſ. decr. Sixti PP. c. 5.

MAndamus etiam omnibus, & quibuscunq. parentibus filiorum baptizandorum ſub excommunicationis pœna; vt infra octo, vel decem dies à partu numerandos, vel quã citius, & cõmodius poterint, infantes baptizari faciant in Eccleſijs.

Cap. IIII.

c. omnis p̃ſbyter de cõſ. diſt. 4.

FOntes baptiſmales harum Eccleſiarum lapidei ſint, & tabulis bene adaptatis cooperti, additis clauis acutis deſuper, & clauſura, vt nemo illis adhærere, & ſuperſtare poſſit; & ne manus ſacrilega aquam ſacram attingat; & prope eos ſit

ſacra=

ſacrarium, in quo lotiones immittantur.

Cap. V.

SAcerdos baptizaturus ad tanti muneris functionem ſanctè, grauiterq. accedat, & quæ à Sancta R. E. ſtatuta ſunt, obſeruet; moneatq. præſentes, ut piè, & religiosè quid agatur, intendat; nec quiſquam in priuatis domibus baptizare præſumat, ſed in Eccleſijs dumtaxat, & in fontibus ad id ſpecialiter deputatis (neceſſitate excepta) ob quam abſq. periculo infans ad Eccleſiam non poſſit deferri.

c. ſiue par. cũ ſequen. de conſec. diſt. 4. c. eos ante omnia ea diſt. c. vnico de baptiſ. lib. 6. c. õnis preſb. ea diſt.

Cap. VI.

INfans ſi neceſſitate mortis cogente ad Eccleſiam deferre non poſſit, laici mares, & eis abſentibus feminæ in priuatis domibus baptizare valeant, dummodo rectam baptizandi formam nouerint, & intentionem baptizandi habeant: quod ſi copiam ſacerdotis non habuerint, ipſi baptizent, adhibita aqua naturali verbis ſequentibus v3. Ego te baptizo In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti Amen. Quæ verba præfecti in Eccleſijs ſaltem ſemel in menſe vulgari ſermone proferant, vt ab

c. cõſtat & in neceſſitate de cõſ diſtin. 4. c. mulieres de cõſ. diſt 4. c. ſup qui bus 30. q. 3 Cath. Rõ. eodẽ titulo § iã vero vnaq. vero

c. ſanc. c. p. de cōſ. diſt. 4. de bapt. c. 1. Matth. c. vl. & Mar c. 16.

c. ſiue paru cū ſeq. de cōſ. diſt. 4. cath. Rom eodē tit. § reſt. nunc.

c. Preſbit. quos ī ſine 68. diſt. & c. paru. cū ſeq. de cōſ. diſt. 4.

omnibus facilius intelligantur, & ſignanter obſte=trices doceantur formam prædictam, quam ſi ſacer=dotes, & præfecti curati ſeruatam nouerint, de no=uo ne baptizent, ſed infantem ſic domi baptizatū, ſi ſuperuixerit in Eccleſiā, cum cōmodè fieri poterit, de ducant, oleis ſacris perungāt, & reliquas Sāctę Ec cleſię cęrimonias adhibeāt, quæ ad ſollēnitatem bap tiſmi requirūtur; Admoneantq. obſtetrices, ne iam iā natos infantes paſſim audeāt baptizare, niſi īmi=nente periculo mortis; & vbi, vt dictum eſt ſa=cerdotis, vel Clerici, vel laici copia opportunè ne=queat habere: quod ſi forma ritè ſeruata non con=ſtiterit, hac baptizet; ſi non es baptizatus, ego te baptizo In nomine Patris, & Filij, & Spiri=tus ſancti Amen; & adhibeantur etiam ritus, & cęrimoniæ ſolitę baptiſmi.

Cap. VII.

Cōc. vior. 4. c. 1. cōc. pariſ. c. 2. & par. c. ſym. c. bapt. de cōſ. diſt. 4.

CAueant præfecti Curati, & alij ſacerdotes deputati Baptiſmum miniſtrantes, & etiā parentes; ne compatres, vel etiam commatres ad ſuſcipiendum infantes in baptiſmo adhibeant, qui non ſunt confeſſi tompore Paſchæ, & negligentes ſacræ rudimenta fidei, publici concubinarij, & qui ſint nominatim excommunicati, nec regulares cum

à ſacris

à ſacris Canonibus prohibeantur; admoneanturq́. ſuſceptores, quam magni momenti actionem ſuſcipiant, & eos eſſe obnoxios prædicta, & alia fidei rudimenta ſuſceptos, ſeu baptizatos docere cum ad ætatem habilem peruenerint; ipſosq́. inſtruendo, vt caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiam diligant, & charitatem, & humilitatem teneant, & ante omnia ſymbolũ fidei, & orationẽ Dominicam eos docere teneantur; maxime ſi parentes hoc facere negligũt.

c. eos ante omnia de cõſ. diſt. 4.

Cap. VIII.

c.t. ſeſſ.24. c. 2.

MOneatur fidelis populus, vt intelligat aliter compaternitatem non contrahi in Baptiſmo niſi per miniſterium, & ſuſceptionem in ſacro fonte tangendi, vel lauandi linteola, quibus in baptizatis ſacri Chriſmatis vnctio extergitur. Caueantq́. Sacerdotes, ne ſacrum Chriſma, vel Oleum in Baptiſmo à laicis attingatur.

Cap. IX.

HOrtentur etiam in Eccleſia, & ante Baptiſmum parentes non alia, quàm Sanctorum nomina in ſacro fonte baptizãdis imponẽda; ipſosq́. premoneant, vt Dei milites, & ſanctos quorũ noĩa

filijs

filijs imponunt, inde patronos ſuſcipiãt venerandos.

Cap. X.

ADmoneantur etiam puerperę non teneri, vt nõ niſi poſt quadraginta dies domo exeant, ſed cùm primum à partu conualuerint, ad Eccleſiam Deo gratias actura accedant, & à Presbytero cõſuetam benedictionem accipiant.

Cap. XI.

PResbyter baptizans, parẽtes, & nutrices infantulorũ ſi præſentes ſint, ſin autẽ obſtetricibus præcipiat, vt ipſis referãt, & admoneant ſub pœna excommunicationis, ne eos ſecum in lecto vſq. ad annum teneant, ſed in cunabulis propter periculum oppreſſionis.

Cap. XII.

in bullario n. 29. fol. mihi 3.

MOneantur omnes in Eccleſijs, vt nullo pacto inter ſe compatres, & commatres appellẽt, niſi veram compaternitatem per baptiſmum, vel confirmationem inter ipſos, vt ſupra dictum eſt, cõtraxerint iuxta declarationem fel. recor. Pij V.

DE CONFIRMATIONIS Sacramento.

Cap. I.

MOneatur populus, hoc ſacramentum non ſolùm negligendum non eſse, ſed ſumma cum pietate, & religione ſuſcipiendum intelligant, ne fruſtra diuinum hoc beneficium collatum in eos eſse videatur, & præfixis temporibus, vel ſemel in anno pro vt magis nobis expedire videbitur, ſuſcipere non omittant; vt Spiritum ſanctum in ipſo ſacramento accipientes ad robur aduerſus mundum, carnem, & ſathanę inſultus confirmentur, & perfecti Christi milites eſſe incipiant, nomenq. Chriſti audacter confiteantur.

tãq̃ dignũ ſacrã. c. de his de cõſ. diſtin. 1. c. ſpũs ſanct. de cõſ. diſt 5. c. 1. c. vt ieiũ. de cõſ diſtin. 5. & Auterius PP. in Epiſtola c. 15.

Cap. II.

ANte collationem huius Sacramenti in Eccleſia moneatur populus de vi, & eius virtute iuxta Decreta Sac. Conc. Tridẽtini pro vt nos quoq. in eius adminiſtratione faciemus; ſciatq. omnibus quidem poſt baptiſmum confirmationis ſacramentum poſſe conferri, ſed vſq. ad ſeptennium differri, maximè

ſeſſ. 24. c. 8. & ſeſſ. 24. & 7. Cathechiſ. Rõ. eo tit. v. ex quib⁹ verbis. c. vt ieiuni de conſec. diſt. 5.

ximè cōuenire; hortaturq. illud ieiunios accipere, & ante etiam ſua peccata ſacramentaliter confiteri.

Cap. III.

c. t. ſeſſ. 23. c. 2. & c. q̃uis de cog. ſpūli lib. 6. *HAbeant quoq. præfecti prædicti, vel ſacriſtæ in ſacrario librum præparatum, in quo confirmatorum nomina iuxta formam ſuperius in Baptiſmi ſacramento præſcriptam, deſcribant; doceaturq. populus per ſacramentum Confirmationis inter confirmantem, & confirmatum, illiusq. patrē, & matrem, & tenētem tantùm ſpiritualem cognationem contrahi; vaſculum autem, in quo ſanctum Chriſma aſſeruatur, ſit argenteum, & in Eccleſijs clauibus adhibitis reuerenter cuſtodiatur.*

c. vt vaſculum de cōſ diſt. v.

Cap. IIII.

HOrtentur autem adultos, vt facta prius peccatorum confeſſione, & accepto ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento ad Confirmationem accedant; Spiritus enim ſanctus, qui per manus impoſitionē datur, nō habitabit ī corpore ſubdito peccatis.

Cap. V.

c. t. ſeſſ. 24. c. 2. *EXtirpentur deniq. abuſus illi per linteorum ablutionem,*

tionem, ſeu faſcię ſolutionem, ſeu per aliam ſuperſtitionem, vanumq. ritum contrahendę compaternitatis; & doceatur populus per ſuſceptionem Baptizati in Baptiſmo, & confirmati in confirmatione tantùm contrahi cognationem, & non per ſuperſtitionem prædictam, & eãdem cognationem ſpiritualem ex vtroq. ſacramento, idemq. matrimonij naſci impedimentum.

DE SANCTISSIMO *Euchariſtiæ Sacramento.*

Cap. I

Maximo cum timore, tremore, charitate, reuerentia, ſimulq. ſanctitate quilibet chriſtianus ad percipiendum cæleſte hoc ſacramentum debet accedere, memor tremendæ illius ſententiæ. Qui manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit non diiudicans corpus domini. Idcirco nullus ſacerdos alicuius peccati mortalis ſibi conſcius, quamvis contritus ſibi videatur abſq. præmiſſa ſacramentali confeſſione (ſi adſit copia cõfeſſoris) ſacramentum Euchariſtiæ debet ſumere: quod ſi neceſſitate vrgente ſacerdos abſq. præuia

Io. c. 6. c. t. ſeſſ. 13. c. 7. Pau. ad Corinth. p. c. de conſec. diſt. 2. c. timorẽ c. ſicut Iud. c. qd eſt &c. & ſãct. c. panẽ c. quoti. de cõſ. diſt 2. c. oĩs qui cũ ſeq. & c. nõ põt. de pœn. diſt. 1

c. t. eadem ſeſſ. & c. & cā. 11. Ep. Clē. PP. c. 32. c. non nulli de pę nit. diſt. 1.

confeſſione celebrauerit, quamprimum poſtea confiteatur. Et communicaturi non ſtatim poſt peccatorum confeſſionem ſe communicent, ſed per aliquod tempus orationibus, ſatisfactionibus, & bonis operibus (ſi id fieri commodè poſſit) incumbant.

Hoc est [illegible] in Synod. Bozen. an: 1567. Monopolit. 1585. et Gallipol: 1661.

Cap. II.

c. qd eſt c. non iſte cū ſeq. de cōſ. diſt. 2.

SAcerdos ſacroſanctum ſacramentum Eucharıſtię, quo anima noſtra alitur, & ſuſtinetur, ſanctè grauiter, & modeſtè ſacris veſtibus indutus, luminibusq. accenſis miniſtraturus, vim, virtutemq. illius, populo declarabit; ipſumq. hortabitur, vt deuote, humiliq. veſtitu in amaritudine animæ ſuæ pœnitentiam, & humilitatem præſeferens ad illud accipiendum accedat: & ſi fieri poteſt, & Eccleſiæ capacitas, vel commoditas patiatur, ſeparatim communicet viros à mulieribus; nec omnibus dictum ſacramentum miniſtret, ſed vſum rationis habentibus, & teſſeram, ſeu ſchædulam cōfeſſarij deferentibus.

c. t. ſeſſ. 22. in decr. dę euit. & obſec. in miſſ. §. fin. & ſeſ. 24. c. 3.

Cap. III.

VInum, vel aqua Chriſti fidelibus non porrigatur in calice conſecrato, vel alio vaſe ſimili

mili, poſtquam ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramē=tum ſupſerint, ipſos benedicat, & inſtruat, vt Deo gratias pro tanto beneficio agant.

Cap. IIII.

QVi ſacratiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum in ſollemnitate Paſchali iuxta præceptum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non ſuſceperint, eorum nomina, octaua tranſacta, præfecti Curati, & Confeſſarij etiam regulares ad nos deferant; vt à nobis pœnis, & cenſuris acriter puniantur, niſi de conſilio confeſſariorum ſe abſtinuerint. Et omnibus Confeſſarijs etiam regularibus mandamus ſub pœna excommunicationis, & alijs noſtro arbitrio reſeruatis ut quilibet eorum nomina, & cognomina pœnitentium diligenter, & fideliter deſcribat ſeparatim viros à fœminis in libris, quos nobis, vel noſtro Vicario dicta octaua præſentent.

c. oīs vtriusq. ſexus de pœnit. & remiſ. c. & ſi non c. ſęcular. de cōſ. diſt. 2. conc. Agaten. c. 8.

Cap. V.

SI quis damnabiliter (quod Deus auertat) in feſtiuitate Paſchæ abſq. ſacramentali confeſſione, & contra præceptum Confeſſarij ſacroſanctum Euchariſtiæ Saciamentum ſumere preſump=

c. t. ſeſſ. 13. c. 7. & 8. & prealleg. c. oīs vtriusq.

ſerit, ſit ipſo facto excommunicatus; & alijs pœnis arbitrarijs puniatur.

Cap. VI.

PRæcipimus, & mandamus, quod quilibet in prędicta ſollemnitate Paſchali nempè à Dei palmarum vſq. ad Dominicam in Albis incluſiuè ſemel in Anno iuxta ſanctæ Eccleſiæ pręceptum dictum ſacroſanctum Sacramentum in propria eius Parochia, & Eccleſia ſumat: pręſentãdo prius Sacerdoti miniſtranti ſchędulam ſui Confeſſoris. Et qui ſecus fecerit, incidat in pœnas Canonis, omnis vtriuſq. ſexus: & contra ipſum, tanquam ſi confeſſus, & communicatus non fuiſſet, agatur; & aliquo cõpetenti termino elapſo excommunicetur. Et ſi quis ab alio, quàm à proprio ſacerdote, & Parocho, & non in propria Eccleſia, niſi iuxta de cauſa per nos, vel noſtrum Vicarium, vel proprium Parochum probanda communionem acceperit, eiſdem pœnis ſubijciatur.

Cap. VII.

CAueant Confeſſarij, vt publici concubinarij, fœneratores, blasphemi, aut ad reſtitutionẽ obligati

obligati, odioſi, & alij eiuſmodi facinoroſi homines ſemel ad pœnitentiam, & confeſſionem admiſſi, ſi poſtea in eodem peccato perſeuerauerint, & non reſipuerint, amplius ad ſacram communionem recipiantur, niſi poſtea eos vitam, & mores re ipſa emendaſſe comperiatur.

Cap. VIII.

IN ſacroſanctæ Euchariſtiæ adminiſtratione nihil ſordidum ſit, vel indecens, vt tantum decet Sacramentum; ſed ſint omnia munda: caueatq. ſacerdos, & diligenter aduertat, ne qua particula inter miniſtrandum excidat, ſed è calice, aut pixide ſacramentum miniſtret, linteamina communicantium mento ſupponat ad fugiendum pericula, quæ poſſunt accidere.

Cap. IX.

ADmoneantur regulares omnes, vt in ſollemnitate Paſchali, nempe à Dominica Palmarum, vſq. ad Dominicam in Albis incluſiuè; vel à communione miniſtranda abſtineāt, vel communicantes in eorum Eccleſijs omnino admoneant ſe non ſatisfacturos præcepto Eccleſiæ; niſi in Cathedrali dicto c. oīs vtriuſq; ſexus de pen. & remis.

thedrali Eccleſia, vel Sancti Nicolai ſemel communionem ſumpſerint infra prædictum tempus, vel à proprio Parocho, ſeu Vicario licentiam obtinuerint.

DE SACROSANCTÆ *Euchariſtiæ cuſtodia, & ad eius infirmos dilatione.*

c.t. ſeſſ. 13. c. 6. conc. riuor. c. 5. c. tũ. c. 4. c. preſbyt. de cõſ. diſt. 2. Clẽ. de ſac. veſt. & vas. c. 1. de cuſt Euch. c. ſanè de cele. bran. miſſ. cõc. remẽ. c. 2. cõc. later. ſub Iũ. 3. c. 26. c. ſanè de cel. miſſ. c. vt calix de cõſ. diſt. 1.

Cap. I.

IN *Ecleſijs, in quibus ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſeruatur in tabernaculo pulchro deaurato: & eo ampliori ſumptu, quo fieri poterit ornatu, habeatur, ſuperq. altare maiori collocetur cum ſua claui ita bene, & firmiter ſtabilita, vt inde per manus ſacrilegas nullo modo ſurripi poſſit, vt ſic ſancta Euchariſtia in ſingulari ſit loco conſpicuo, & clauſo, in quo pixis ex argento recondita, & in ea corporali mundiſſimo ſuppoſito, & ſerico velo operta ad infirmos deferatur, & cuſtodiatur: & in eo nõ olea ſacra, nec quicquã aliud apponatur, nec ſeruetur, lampade ſaltẽ vna ſemper collucẽte, non ſolùm laudando, ſed approbando laudabilem, & honorificam conſuetudinem huius Cathedralis*

dralis Eccleſiæ, in qua continue ante prædictum ſanctiſſimum ſacramentum tres lampades ardentes dependent: ceſſent ibi deambulationes, riſus, vaniloquia, rixę, conſilia tùm clandeſtina, tùm publica. Et præfecti Curati, ſiue ſacriſtæ, & qui dictę Euchariſtiæ in ſuis Eccleſijs adminiſtrationem habent, ſaltem infra octo dies Euchariſtiam ibidem ſeruatam ſumant, & nouam ſemper parent.

Cap. II.

SAcerdos ſacroſanctũ Euchariſtię Sacramẽtũ miniſtrãs ſẽper ſuperpelliceo, ſtola, & pluuiali ſit indutus, & luminibus ſemper accenſis; & quando ad infirmos eſt deferendum, detur ſolitum ſignum cum campana, vt populus incitetur ad aſſociandum corpus D. N. Ieſu Chriſti, quem ſępiſſime præfecti Curati, & Sacerdotes adhortentur, vt frequenter ſemper proſequatur, & ſemper cum videtur, & dum circumfertur, omnes genua flectant: Mandentq. vt in domo infirmi locus mundus cum luminibus, & vas cum aqua paretur, in quo tobalea ſuppoſita cum debita reuerentia Sacramentum ſiſtere poſſit; & hoc quàm ſępiſſime in eorum Eccleſijs inter miſſarum ſollemnia populo denuncient.

c. Eccleſ. 25. diſt.

c. ſanè § ſacerdos de celeb. miſ.

Cap. III.

POpulo in Eccleſia congregato, Crux, campanula, ᵛmbella, & luminaria præcedentia & ſubſequentia præparentur: ſacerdos demum ſacris veſtibus, vt ſupra, indutus dicto ſacramento ter genibus flexis reuerenter incenſato, ſuperpoſito mundo ᵛelo ſerico ſuper cuſtodiam, illud capite detecto ad infirmos honorificè ante pectus cum omni reuerentia, & timore deferat, & referat, Cruce, & Clero proceſſionaliter canente; ac clerico cũ Turribulo fumigante, & incenſante præcedentibus; pro ᵛt reuerenter hic obſeruatur: moneatq. tunc populum, Dominum etiam pro infirmo laborante ſemper orare; ne colloquijs, alijsq. profanis verbis intendãt; ſintq. in ea proceſſione laternæ deauratæ, ᵛt poſſit ſemper in eis lumen ſeruari, quando cetera fuerint extincta; deferatq. in cuſtodia plures hoſtiæ particulas, ᵛt populus ſacerdote redeunte inane vaſculum non adoret; ſi autem ſine Euchariſtia ad Eccleſiam reuerti contigerit, luminaria extinguantur, & campanula non pulſetur.

c. ſanè §. quã indecen. de celeb. miſſ.

Cap. IIII.

PRæcipimus, & mandamus Curatis præfectis,

&

& alijs ſacerdotibus, dum prædictam ſacroſanctam Euchariſtiam ad infirmos deferant; ſæpiſſime populo inculcent Indulgentias Apoſtolicas confratribus, & deuotè comitantibus conceſſas, ipſasq. declarent, & à nobis etiam quadraginta dies conceſsas aſſequutos fuiſſe. Nec non mandamus, vt tota octaua ſollẽnitatis Sanctiſſ. corporis D. N. Ieſu Chriſti ab Eccleſia, & deuotis fidelibus ſollẽnietur; vt populus Indulgentias horis canonicis intereſſentibus à ſummis Pontificibus cõceſſas conſequatur: dictum ſanctisſimum Corpus, quando diuina officia celebrãtur, & mißa conuentualis cantatur, ex tabernaculo, ſeu eius Cappella cum ſuperiori ſollemnitate proceſsionaliter cum muſica, & organo per Eccleſiam, vel extra pro vt nobis, vel noſtro Vicario videbitur deferri, & ſuper altari honorificè collocari, & ad eundem modum diuinis Officijs, & miſſa peractis referatur in ſolito tabernaculo, ſeu Cappella ſub clauſura, & luminibus ſolitis ſeruetur, populoq. præſenti Indulgentiæ ſemper publicentur, quas conſequutus fuerit.

c. cũ ex eo de pœnit.& remiſſ.

c. t. ſeſſ. 13. c. 5.

Cap. V.

CUm Apoſtolus præcipiat, In nomine Ieſu omne genu flectendum, multo magis ante

K tam

Ad Philip. c. 2. c. ſanè § ſacerdos de cele. miſſ.

tam tremendam maieſtatem id efficere debemus; mandamus propterea, ut quilibet ante altare Sanctiſſimi Sacramēti accedens, adorans, tranſiens, vel quomodolibet pertranſiens; vel quādo ad infirmos defertur, vel refertur, flexis genibus veneretur.

Cap. VI.

Clē. 1. de pęnit. & remiſſ. & ibi gloſſ.

MOrtis ſupplicio perituris, ſi oſtenderint euidentia pœnitentiæ ſigna, Euchariſtiæ Sacramentum non eſt ſubtrahendum; ita nec conferendum non ieiunis, ſed ante diem, vel mane eiuſdem diei, quo ad mortem trahendus eſt, cum non deceat eos tanto viatico priuari, quò fortiores in tanto conflictu inueniri poſſint.

Cap. VII.

pro ſepulchro ... pag: 72 ...

TOllatur omnino abuſus ille, & funditus euellatur quòd in ſepulcro D. N. quod fit in feria Quinta Cœnæ Domini Imagines laruatæ, obſcęnæ repræſentationis, & aliquid ſimile non adhibeatur, & dictum ſanctiſſimum corpus intus cuſtodiam reuerenter, ut videri, & adorari poſſit, collocetur, velo ſerico ſuperpoſito; & prohibetur etiam quod nemo donec Sanctiſſimum corpus D. N. Ieſu Chri=

Chriſti adeſt, illuc ingrediatur, niſi ſacerdos & miniſtri illud recondentes, & recipientes, & ſacriſta pro illo cuſtodiendo, & luminaria ibidem exiſtentia conſeruando, & adaptando.

DE CELEBRATIONE MISSARVM

Cap. I.

SAcroſanctum Miſsæ ſacrificium nempe repreſentatiuum Paſsionis, & mortis D.N. Ieſu Chriſti, qui quidem iuſtus pro iniuſtis mortuus eſt, verus Deus, & verus homo ſemel tantum in Cruce pependit, offerens ſe ipſum hoſtiam viuam Deo Patri placentem ad ſalutem ſempiternam ſingulari religione, ac pietate à ſacerdotibus incruente ſub ſpeciebus ſacramentalibus celebrandum, & à populo colendum eſt. Ideo quęcunq. Sanctiſsimũ Oecumenicum Tridentinum Concilium quo ad hanc rem ſtatuit, exactè ab omnibus obſeruari mandamus. Et quicunq. ad celebrandum tremendum miſsæ ſacrificium acceſſerit, cor ab omnibus inquinamentis purgatum, & mentem puram, & attentam ad tãti ſacrificij myſterium perficiendum habeat: ſanctificari enim debent ſacerdotes ad Dominum accedentes,

c.ſemel cũ duob. ſeq. de cõſ. diſtin. 2.

ſeſſ. 22. p decẽ. decr. & canon.

c.t. ſeſſ.22. c.4. Iohã. c. 17. ad theſal. 1.c.4. Apocalip. c. 22. & leuit. c. 11. 19.,& 20.

dentes, vt miſericordiam conſequantur, & gratiã in auxilio opportuno inueniant.

Cap. II.

c.t. ſeſſ. 22. in decr. de euitã. & obſer. in miſſ. & ſeſſ. 13. c. 7. c. 1. & c. dolen. de cel. miſſ. lib. 6. c.t. ſeſſ. 13. c. 7. & can. 11.

SAcerdos optimo ſuæ conſcientiæ teſtimonio, ac ſingulari pœnitentiæ (ſi opus fuerit) præparatus, & probatus; ac conuenienti, & debita oratione ſuffultus ad hoc ſacrificium peragendum, & cũ timore, & reuerentia accedat; ne de ſingulari medicina miſerabiliter ęternam damnationem ſibi acquirat; nec miſſam celebret, quin prius matutinum, & laudes diei recitauerit: quod ſi neceſſitate vrgente, vel deficiẽte cõfeſſore celebrauerit, quãprimũ habita copia confeſſoris ſua peccata cõfiteatur.

Cap. III.

c.t. ſeſſ. 22. c. 5.

PVblicè, & notoriè criminoſus niſi ſe emendauerit; & qui pridie temulentus, aut inſolens fuerit, à miſſæ celebratione prohibeatur. Et ſi ita obdurato corde in peccato mortuus fuerit, Eccleſiaſtica careat ſepultura.

Cap. IIII.

SAnctæ Romanæ Eccleſiæ ritus, & cærimonias

in miſſæ

in miſſæ celebratione inſtitutas, & in miſſali nouo deſcriptas ſacerdotes ſępiſſime legant, & eas ad vnguem obſeruent; nec alias adhibeant, nihilq́. addãt vel detrahant; ſed omnia legant in miſſali omni cũ reuerentia, & modeſtia; deuotè, & diſtinctè; nõ memoriter, nec nimis feſtinanter, nec nimis lentè celebrent; ita vt aſtantibus magis pietas, quàm faſtidium generetur; nec miſſam incipiant, niſi candelis accenſis, ac omnibus præparatis; & antequã ad celebrandum accedant, priuatim prius omnia in miſſa perlegant, ne celebrando errandi periculũ ſubeant, aut in altari cũ aſtantium ſcandalo titubẽt. c.t. ſeſſ. eadẽ & dec. § poſtre. c.1. & c. dolen. de cel. miſſar.

Cap. V.

Quibus alijs vſibus vti non debent c. veſtimen. de cõſ. diſt. 1. & c. Eccl. diſtin. 25. c. t. eadem ſeſſ. & dec. c. nocte in fin. c. neceſſe c. ſolent §. fin. de cõſ. diſt. 1.

SAcris veſtibus ſacerdotes induti, & ad miſſã celebrandam præparati conſuetis orationibus perlectis, & lotis prius in ſacriſtia manibus, non cõfabulentur, nec loquentibus aures porrigant, nec per ſacriſtiam deambulent, nec quid indignum faciãt, nec diſtrahantur, ſed deuotè cum ſilentio ſedeant, vel orent; & quando tempus erit, cum grauitate cãpanula pulſata inde exeant, clericoq́. cum ſuperpelliceo induto præcedente cum miſſali, & alijs neceſſarijs ad Altare accedant. Et vt Deo placere poſſint ad tantum opus perficiendum, ſanctè accingantur;

c. nullas de cõſ. diſt. 1. c. remen. c. 1. c. t. ſeſſ. 22. c. 5.

tur; nec ante auroram, nec poſt meridiem celebrẽt, niſi ex cauſa à iure permiſſa, non operto capite; nec biretum, nec aliud ſimile ſuper altare ponatur, nec fingantur claui pro bireto reponendo prope Altaria, ſecreta ſecretè pronuncientur, & palam pronunciãda eleuata voce, & diſtinctè proferantur, & miſſa peracta, eo modo, quo exierunt, redeant.

Cap. VI.

IN fine Miſſæ Euangelium Diui Johannis, qđ incipit, In principio erat verbum, legant; niſi aliud ratione Dominicæ, vel feriæ, vel alterius tẽporis eſſet legendum; mandamus etiam, quòd dum ad Altare celebraturi erunt, vel inde facto ſacro reuertuntur, nemini caput aperiant, Deoq. poſtea pro tanto munere accepto gratias agant, & manus iterum lauent.

Cap. VII.

c. ſuffic de cõſ. diſt. 1. c. cõſului-ſti. &c. de-ferẽti de ce celeb. miſ. c. nocte de cõſ. diſt. 1.

SEmel celebrare ſingulis diebus ſacerdotibus permiſſum eſt (Natalis Domini feſtiuitate, & alijs caſibus à iure permiſſis exceptis) nec aſq. duabus ſaltem candelis accenſis, & celebranti miniſter ſuperpelliceo indutus inſeruiat; & caueant omnes,

ne

ne plures pro celebrãda miſsa eleemoſynas accipiãt, & nemo plures cappellanias habeat, vt ſingulis diebus hebdomadę celebrare ſe obliget, & contrafaciẽtes arbitrio noſtro grauiter punientur.

c. ex parte c. conſulu. de cel. miſ. c. hoc quoq; de conſ. diſt. Conc. Naueten. c. 30.

Cap. VIII.

SAcerdotes dum ſacris veſtibus ſunt induti, neminem expectent, nec miſſam ſemel inchoatã iterum inchoant, ſed proſequantur, & celebrantes corona clericali ſint inſigniti, ſine qua celebrare non permittantur; & vt vaſa, calices, corporalia, pallę, mappæ, ſacrę veſtes, aliaq́. ad miſſam neceſſaria munda, nitidaq́. vt ſint curam habeant, & turpem quęſtum, ac immoderatas eleemoſynarum exactiones effugiant.

Cap. IX.

SAcrum Concilium Tridentinum accuratè nobis mandat, vt curemus ſacerdotes noſtrę iurisditioni ſubditos ſingulis diebus Dominicis, & ſollemnibus celebrent. Ideo dictis ſanctis decretis obtemperantes, pro vt dictum S. C. T. mandat; ita vobis omnibus ſacerdotibus authoritate prędicta mandamus, vt quæ in dicto Decreto deſcripta ſunt, di-

ſeſ. 23. c. 13

ligenter ab omnibus exequantur, cauſa legitima ex=cepta, ab impedito propoſita; & à nobis, vel noſtro Vicario cognita, & approbata. Similiter manda mus Diaconis, & Subdiaconis Altari ſeruientibus; vt in omnibus diebus fæſtiuis, & ſollemnibus poſt Sacerdotis communionem, ſe cõmunicent; & Dia coni, & Subdiaconi, & Clerici omnes ſingulis mẽ=ſibus predictum Sacramentum ſumant.

Cap. X.

IN Eccleſijs, in quibus ſingulis diebus plures miſſæ celebrantur; ad populi commoditatem pri ma diluculo, reliquæ debito interuallo vna poſt al=teram, & poſtremo quò tardius fieri liceat à ſa=criſta per gyrum, ſeu orbem diſtribuantur; & hoc intelligatur de miſſis ex debito, pro vt in Tabella ſunt deſcripta, celebrandis.

Cap. XI.

IN Die Sabbathi (dummodo diei feſtiuitas non impediat) ſemper Miſſa de Beatiſſima Virgine Maria celebretur, aut ſaltem fiat eius commemo=ratio; & in omnibus Sabbathis poſt Completorium cantentur litaniæ dictæ glorioſę Virginis, & ſalue,

cum proceſſione iuxta ordinem à nobis preſcriptum: ſimiliter feria ſecunda à feſto, vel à prohibitione Eccleſiæ non impedito in his Eccleſijs Cathedrali, & collegiatis cantetur Miſſa cum proceſſione per Eccleſiam, & Cæmeterium cum reſpōſorijs pro defunctis, & miſſam conuentualem nunquam cantare pretermittant. c cum creat. de cele. miſſ.

Cap. XII.

IN celebratione miſſarum Sacerdotes, ad quorum cura pertinet, vinum album, ſi fieri poteſt, præparent, & non rubum propter corporalia, & purificatoria, quæ ex non nullorum negligentia aliquãdo adeo ſordida inueniuntur, vt aliquibus horrori ſint; & vinum ſit recens, & optimum ex dolio recenter extractum, & non ſit ex Tabernis cum aqua mixtum, & in ſacriſtia per ſacriſtam cautè ſeruatum ad hanc rem tantùm teneatur.

Cap. XIII.

AVthoritate ſacri Concilij Tridentini tollatur in miſſis nouis celebrandis abuſus ſumptuoſorum conuiuiorum, ludorum, choræarum, oblationum, pactorum, conditionum, & cuiuſvis ſeſſ. 22. decr. de euit. & obſeru. in miſſ.

generis mercedum. Et nullus ad nouæ miſſæ celebrationem admittatur, niſi prius fuerit à nobis, vel examinatoribus per nos deputatis examinatus, vtrũ ſit in cæremonijs neceſſarijs inſtructus; noritq. alia, quæ in miſſarum celebratione requiruntur. Et contrafacientes prædictis ab Altaris miniſterio per ſex menſes arbitrio noſtro ſuſpendetur.

Cap. XIIII.

SAbbatho Sancto tam ſæcularium, quàm regularium Eccleſiarum cãpanæ ſanctæ huius Cathedralis Eccleſiæ ſignum non pulſentur; & Eccleſiarum rectores, & ſacriſtæ vagum, & ignotum Sacerdotem abſq. noſtra, vel noſtri Vicarij licentia non admittant ad celebrandum miſſam; Caueantq. omnes Sacerdotes tàm ſæculares, quàm regulares, ne in priuatis domibus, vel Oratorijs à nobis non approbatis, celebrent.

c.t.ſeſſ. 22. c.2.& 6. in princ. & in palleg. dec eadẽ ſeſſ.§ cũ igitur & c. quan. de cõſ. diſt. 1.

Cap. XV.

CHriſti fideles cùm miſſarum interſunt celebrationibus, ità ſe deuotè componant, vt corporis habitu animi religionem præſeferant & genuflexi, ac aperto capite maneant, niſi cum ſanctum

Euan=

Euangelium legatur; & in nomine Ieſu, & beatiſſimæ Virginis, ac Sancti, cuius feſtum celebratur illa die capita demittant; nec propè altare accedant; & niſi finita miſſa, & ante diſceſſum Sacerdotis ab Altare ne diſcedant, neq. eo potiſſimū tempore colloquijs, deambulationibus, & curſitationibus vacent; vt Deo, & ſacrificio, & Eccleſijs debitus honor exhibeatur.

c. ſanè de celeb.miſſ. c.ap.de cōſ diſt.1.Anaſtaſ.p. ī ep. Epiſc. Ger. & Burgun. directa. Conc. Mogunt. c.13. de vita & hon.cl.c.1. c. ſacer. de cōſ. diſt. 2. c.omnes c. ſacer. cum ſeq. dd cōſ diſt. 1. c.miſſas de cōſ. diſt. 1. c. Epiſc. c. nul.de cōſ. diſtin. 3. & Cōc. rotomag. c. 5.

Cap. XVI.

Moneantur ſæpiſſime in Eccleſijs patres familias, & Domini; vt eorum filios, nec nō famulos, qui in agris colendis, vel beſtijs paſcendis, occupantur, ſaltem Dominicis diebus, & feſtis ad miſſam audiendam omnino accedere curent, eorundem patrum familias, & Dominorum conſcientias onerantes.

Cap. XVII.

Mulieres ſimiliter moneantur, quæ ex quodā abuſu ob mortem parentum, & maritorū, filiorum, aliorumuè conſanguineorum Domo exire, & feſtis diebus miſſas in Eccleſijs audire negligūt; vt Dominicis, feſtisq. diebus, quibus ex præcepto

c. q diu. c. habēt. c.q-cuq; 13. q. 2.ad Theſ. 1.c.4.

 Eccle=

Eccleſię ad miſsam audiendam obligantur, illam audire hac de cauſa non prætermittant; quod ſi nõ paruerint, & quindecim ad ſummum diebus elapſis ad Eccleſiæ, & miſsæ ſacrificium accedere neglexerint, excommunicationis vinculo innodentur.

Cap. XVIII.

c. vt Dom. de Paroch. & c. ſi quis de conſ. diſt. 1. ſeſſ. 23. c. 4. § moneat.

Populus inſuper moneatur, vt diebus Dominicis, & maioribus feſtis in propria Parochia miſsam audiat, ac in ea, ſi commodè fieri poteſt; (vt ſacra Tridentina Synodus mandat) ad audiendum verbum Dei interſit; & in Eccleſijs dum ſacra peraguntur, & verbum Dei proponitur, nemo eleemoſynas quærat, nec mendicet nobis in conſultis; ſed pauperes ante fores Eccleſiæ petant.

Cap. XIX.

QVādo contingit Veſperas, & Miſſas in Cappellis harum Eccleſiarum pro earum feſtiuitate canere, non diſcedatur à Choro, ſed ibidẽ fiant omnia ornata tantùm, & cum candelis accenſis ſuper altare permaneat Cappella illa, cuius feſtiuitas celebratur, donec Veſperæ, & miſſa cantatur; & diebus ſollemnibus, & feſtiuis, quando verbũ

Dei

Dei proponitur, nemo in Cappellis, & Oratorijs celebrare audeat; ſed ſi neceſſitas erit de licentia Epiſcopi hoc fiat.

DE POENITENTIÆ Sacramento.

Cap. I.

POenitentiæ Sacramentum, quod merito ſecunda poſt naufragium tabula appellatur, & quo lapſis poſt Baptiſmum beneficio mortis Christi, cuius ope ſanitas amiſſa reſtituitur, poſtquam peccati vulnus accepimus, debet ab omnibus Chriſti fidelibus frequentari. Dicente Domino, niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis; & vt ſalutaris illa, & pia conſuetudo ſæpius confitendi peccata ad priſtinum vſum reuocetur; mandamus, vt quã ſæpiſſime in his Eccleſijs Innocentij III. conſtitutionem in Conc. generali editam inuiolabiliter obſeruandam Populo denunciet.

c.t.ſeſſ. 14. c. 1. luc. c. 13. act. Ap. c. 2. agunt. de conſ. diſt. 4. c. t. ea ſeſſ. c. 5. in fine c. quot. cũ ſeq. de cõſ. diſt. 2. c. omnis vtriusq; ſex. de pęnit. & remiſſ.

Cap. II.

NVllus Sacerdos ſecularis, vel regularis cuius vis

c.t. ſeſſ. 23. c. 15. Clem dudũ § ac deĩde ſep.

uis ordinis, gradus, & dignitatis exiſtat, fideliũ confeſſiones, etiam ſacerdotum audiat (niſi curam habuerit animarũ) aut à nobis vel ab examinatori=bus per nos deputandis (ſi tamen nobis neceſſarium videbitur) idoneus iudicetur, cui detur gratis ap=probatio obtempta. Huiusmodi autem confeſſores moribus, doctrina, prudentia, & vita exemplari ſint; idonei de animarum ſalute ſolliciti, & fideles eorum, quæ in confeſſione dicuntur, & prouecta e=tiam (ſi fieri poteſt) ſint ætate, maxime illi, qui mulierum confeſſiones audient; quibus aures porri=gant, easq. nunquam conuerſa facie conſpiciant: & vt honeſtius, & abſq. rubore fiat confeſſio in confeſ=ſionalibus ad hoc preparati, vt tabula cum crate ferrea perforata confeſſorem à fœmina; & confitẽ=te dirimat, audiri mandamus in Eccleſijs maiori=bus Cathedrali, & Collegiatis, & etiam regula=rium: in alijs verò pro vt commodius, & honeſtius fieri poteſt.

c.ſac.de pę nit.diſt.6.c omnis vtri usq; ſexus de pęnit.& remiſſ.§ caueant.

c.t.ſeſſ.24. c. 8. §. in omnibus.

Cap. III.

IN *hac Cathedrali, & Collegiatis Eccleſijs e=tiam regularium ſit omni tempore affixa Tabel=la, in qua Confeſſorum nomina approbatorum con=tineantur noſtra propria manu ſubſcripta; & im=*

preſ=

preſſione noſtri ſoliti ſigilli roborata; ad hoc, ut populus certè ſciat, quibus probatis perſonis ſe poſſit confiteri; & omnibus confeſſoribus mandamus, ut lectioni caſuum conſcientiæ valde ſint intenti.

Cap. IIII.

SAcerdotes cum confeſſionem audire voluerint (ubi id commodè fieri poteſt) ſuperpelliceo, & ſtola ſint induti; & ſedeant in Eccleſia in loco conſpicuo, ut poſſint ab omnibus videri; neq. priuatis in domibus, aut alias omnino extra Eccleſiam (infirmitate excepta) nec ante ſolis ortum, vel poſt eius occaſum confeſſiones mulierum (neceſſitate ceſſante) audiant. Si quis ſecus fecerit arbitrio noſtro punietur. c. Ecc. c. 23 diſt.

Cap. V.

COnfeſſarij etiam omnes *Canones pænitentiales ne ignorent; ut pænitentias imponendas iuxta peccatorum circunſtantias, & contritionem queant moderari, ne peccatores nimia acerbitate confeſſoris ſe deſperent, nec nimia facilitate ad peccatum alliciantur. Penes ſe habeant libros confeſſionales, & Caſus Sanctæ ſedi Apoſtolicę, & c. t. ſeſſ. 24. de caſuum reſer. & c. 7

* in Directorio ejusdem Epi Acerra Episcopo pro visitatione P.te I. cap: 50. inter Libros servandos in sacrestia habetur: Liber Canonum Poenitentialium.

Epiſcopo reſeruatos, & præcipuè contentos in Bulla Cęne Domini, ne negligentia, aut ignorantia eam facultatem aſcribant, quam eis denegatam eſſe nouerint.

Cap. VI.

c. oīs vtriusq; ſexus de pęnit.& remiſſ.§ caueant &c. ſac.de pęn. diſt.1. c.non ſatis c. cū in Ec. de ſimon. cōc. Mel. c. 5. Epiſt. Gelaſij PP. c. 5.

CAueant Confeſſarij omnes, ne quacunq. ex cauſa, ſigno, verbo, vel quovis modo directè, vel indirectè confeſſionem audeant reuelare. Et qui hoc ſacrilegium commiſerit, abſq. vlla ſpe veniæ iuxta Canonum ſanctiones puniatur; verùm ſi conſilio indigebit, abſq. expresſione perſonæ illud à peritioribus requirat, & religioſum, atq. perpetuū ſilentium cuſtodiat; moneantq. populum, ne confeſſionem, quæ Paſchæ tempore debet fieri vſq. ad hebdomadam ſanctam differat; & pro confesſione vel abſolutione nihil exigant.

Cap. VII.

c.t. ſeſſ 24. c.8.c. ſed illud 45.diſt ad Tim. 1. c. 5. & c. ſi pecc.2.q.1

ET quoniam publicè peccantes palàm ſunt corripiendi, ideo Confeßarij publicè peccantibus publicam pœnitentiam iniungant; vt quos exemplo ſuo ad malos mores prouocauerunt, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectam viam reuocet, nec eam pęniten=

nitentiam nobis inconſultis in ſecretum audeant commutare.

Cap. VIII.

MAiorem pœnitentiariam in hac Ciuitate deputamus D. Cataldum Confalone, cui poteſtatem damus; vt à caſibus nobis reſeruatis pœnitentes abſoluat, impoſita ſalutari eis pęnitentia pro morborum grauitate, & qualitate perſonarũ, tanquam medicina animæ ægrotantis. ſeſſ.24.c.8.

Cap. IX.

POſtquam Sacramento pænitentię lapſus homo Deo reconciliatur, moneatur populus, vt nemo ſine debita prę paratione, & meditatione per aliquot dies ad id accedat; corde contrito, & humili, & in amaritudine animæ ſuæ ipſemet peccata ſua confiteatur, nec Confeſſoris interrogationem expectet; ſed ſi confeſſor in re aliqua pænitentẽ perſpexerit deficere, ipſum adiuuare hortamur. c.t.ſeſſ.6.c. 6. & 14. & ſeſſ.14.c.4. § ex h.s

Cap. X.

CVm in ſacramento pœnitentiæ compertum ſit

multas fieri deceptiones à pænitentibus mutando cõ feſſarios ad vetandam verecundiam, vel ne perſeuerantia in aliquo delicto ſecundum ſuam grauitatem conſideretur, aut puniatur. Ideo volentes quantum poſſumus huic malo obuiare; mandamus omnibus, & ſingulis confeſſarijs, vt pænitentes in grauibus peccatis ſcandaloſis interrogent, an aliàs de eis fuerint confeſſi, & penitentias iniunctas egerint; & ſi pluries fuiſſe confeſſos, & non reſipuiſſe viderint, prout veri penitentes tenentur; tunc cum eis conſultius poterint agere pro animarum ſuarum ſalute, negando abſolutionem; vel ordinando, quid magis pro illorum ſalute iudicauerint expedire.

Cap. XI.

CAueant Confeſſarij ſub pæna ſuſpenſionis, & alijs noſtro arbitrio infligendis, ne abſq. præuia ſatisfactione tã honoris, & famæ, quàm etiam bonorum eos abſoluãt (præterquam in articulo mortis) qui falſum teſtimonium dixerint, qui fuerint furati, qui famam proximi læſerint, & detraxerint, maximè virorum Eccleſiaſticorum, qui in excommunicationes de mandato noſtræ curiæ fulminatas pro rebus deperditis, vel ſubtractis inciderint; & qui perpetrauerint ſimilia.

Cap.

Cap. XII.

EAndem regulam teneant cum illis, qui directè, vel indirectè libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticã violare, & opprimere auſi ſunt; & cum illis qui tranſacto iam anno legata ad pias cauſas non ſoluerint, præſertim relicta pro animarũ ſalute, & redemptione peccatorum, & reſtitutione malè ablatorum, ſiue certa fuerint, ſiue incerta. Eandem quoq. cum Notarijs, qui ſemel moniti, prout per præſentes monentur, nobis, vel noſtro Vicario illa indicare, & propalare contempſerint, de quibus omnibus in hac Cathedrali Eccleſia generales monitiones fieri iubemus.

Cap. XIII.

CArnalis affectio coniunctorum, & medicorũ iniuria, quando quis infirmatur, faciũt; vt cõſtitutiones Innocentij III. & fel. record. Pij V. non obſeruentur; & nunquam ſuadetur infirmis, vt confeſſarios vocent, niſi in extrema ęgritudine, quando à medicis de eorum vita deſperatur. Inde fit, vt infirmi in deſperationis periculum incidant. Quare huic malo occurrere, & animarum ſaluti in Domino, ſine quo vana eſt ſalus hominis, conſulere volentes, ſingulis medicis, Phyſicis, & Chirurgicis ſub pœnis in dictis conſtitutionibus Innocentij

c. cum infirm de pęnit. & remiſſ. quæ incipit ſupra gregẽ Domini n. 4. fol. 4.

III. & fel. record. Pij V. contentis, quas mandamus ſemel in menſe in his Eccleſijs publicari, diſtric̄tè pręcipiendo mandamus, quatenus cùm ad infirmos eos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneãt, & inducant; vt infra triduum (niſi morbi qualitas maiorem celeritatem deſideret) animarum medicos aduocent, & ſanctiſſimam Euchariſtiam ſumant; neq. tertio die eos viſitent, ſi pręmiſſa non adimpleuerint; & præfectis Curatis, ac Confeſſarijs omnibus mandamus, vt id ſtudioſe obſeruare curent. Infirmosq́. quam primum queant, viſitẽt, ac monitis eos ſalutaribus inducant; vt Ieſu Chriſto D.N. & Redemptori per ſacramentum pænitentiæ ſe reconcilient.

Cap. XIIII.

CAueant Confeſſarij, ne pęnitentias pecuniarias pro peccatis infligant, præſertim illas ſibi, vel Eccleſiæ ſuę, aut monaſterio applicando, aut cuiquã per ipſum nominando; ſed pænitentiã ieiuniorum imponant, orationum, peregrinationum, ſeu eleemoſynarum per pænitentes, inter quos maluerint diſpenſandarum; non quęrentes, quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti; neq. etiam ſigno, vel verbo aliquid petant; cęteraq́. omnia vitent, quę confiten=

confitentibus, aut populo ſcandalo eſſe poſſint, alioquin arbitrio noſtro pœnis canonicis punientur.

Cap. XV.

ANimaduertant præterea confeſſarij, ut ſalutares, & conuenientes ſatisfactiones iniungant, ne ſi forte peccatis conniueant, & indulgentius agant cum pænitentibus, leuisſima quædam opera pro grauisſimis delictis iniungendo, peccatorum alienorum efficiantur participes.

c. quis 15. q. 1. & 26. & q. 7. c tẽpora poenitud.

Cap. XVI.

COnfeſſarius mala ablata, ſibi à confitentibus conſignata, nullatenus apud ſe retinere, aut diſtribuere præſumat, ſed Vicariũ noſtrum adeat: qui vocatis aliquibus probis viris Eccleſiaſticis, illa recipiet, & iuſtè reſtituet, aut diſtribuet.

Cap. XVII.

TRanſacta Dominica in Albis illico præfecti Curati, & Confeſſarij omnes ſeculares & regulares nomina, & cognomina illorum, qui illo anno ſua peccata fuerunt confeſsi, & ſanctisſimam

Eucha=

Eucharistiam ſumpſerint; & eorum, qui ex cauſa, vel eorum conſilio ſe abſtinuerint, ad nos deferant; & pænitentes, priusquam eorum confeſsionem audiant, interrogent ſi memoriter ſaltem orationem Dominicam, Symbolum Apoſtolorum, & ſalutationem Angelicam proprio ore recitare ſciuerint: & quos ignorare compererint, cum omni modeſtia, & prudentia inſtruant; & ſi neceſſe fuerit, arguant, & ipſis hanc ipſammet pænitentiam iniungant ad compenſandum eorum negligentiam; vt infra paucos dies eas diſcere, & coram ipſis recitare teneantur; dimittantq. eos, & pro eis orent.

Cap. XVIII.

DEniq. vti medici diligentes animarum conſolentur puſillanimes, ſuſcipiant infirmos idiotas, & ſine literis inſtruant, inquietos corripiant; & demum iuxta Apoſtoli præceptum omnibus omnia fiant, vt tanquam piſcatores hominum omnes homines (ſi fieri poteſt) trahant in ſagenam Ieſu Chriſti, eisq. medendo vtantur vino, & oleo: virga furoris, ſpiritu manſuetudinis vngant, pungant, accedant, terreant, polliceantur, comminentur; & nihil deniq. prætermittant, quod pertinet ad artem piſcandi amimas ex mari, & periculis

conuer=

conuerſationis huius infelicis ſæculi.

Cap. XIX.

HOrtetur populum ſępiſſime in Eccleſijs, vt non expectet vſq. ad hebdomadam ſanctam peccata confiteri; ſed quilibet tenetur præuia meditatione, & contritione ab initio, & per totũ Quadrageſimæ tempus cõfiteri; ad hoc, vt in debito tempore Paſchatis facilius ſe reconciliari, & ſanctiſſimum Sacramentum Euchariſtię poſſint ſumere ad Dei honorem, eorum animæ ſalutem, & aliorum exemplum.

Cap. XX.

NEc non in quantum poſſumus, & debemus toto cordis affectu monemus, hortamur, & obſecramus populum; poſtquam tam altas radices egit mala conſuetudo peccandi, vt renouetur etiam illa ſancta conſuetudo antiqua ſępius confitendi peccata, & ſanctiſſimam Euchariſtiam percipiendi & hortamur (vt præter debitam confeſſionem, & communionem tempore Paſchatis) in ſacratiſſima Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti ad quam celebrandam menſe integro ſancta Mater Eccleſia pręparat

parat populum Dei; ſimiliter quoq. in ſollemnitate ſancti Spiritus, quam admirabilis illa quinquagena plena ineffabilibus myſterijs antecedit, & ad honorem Dei ſimiliter & eius Deiparæ Virginis Mariæ in feſtiuitate eius ſanctæ Aſſumptionis quilibet confiteatur, & ſanctæ Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipiat, vt dignè, & ſalubriter ab eis ſumatur; & vt ipſa Virgo ſanctiſſima pro nobis intercedat ad Dominum Ieſum Chriſtum.

Cap. XXI.

CAueant Confeſſarij, ne ab excommunicatione maiori, vel ab homine lata, vel ob manus Clerico violenter iniectas, in caſu etiam nobis reſeruato, nedum Papę quemquam abſoluant, neq. à ſuſpenſione, & interdicto; ſed neq. à ſequentibus caſibus tanquam nobis reſeruatis.

CASVS RESERVATI
Illuſt. & Reuerẽdiſſ. Domino Lucę Antonio Reſtæ Epiſcopo Andrien. vigore etiã Conſtitutionum Synodalium.

QVoniam iuxta Concilij Tridentini decretum magno=

magnopere ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinet, vt atrociora, & grauiora crimina non à quibusuis, ſed à ſummis dumtaxat ſacerdotibus abſoluātur. Ideo nos pro noſtra Paſtorali cura in Domino iudicauimus expedire, hoſce caſus proponere, à quibus ſacerdotes etiam à nobis approbati intelligant, ſe abſoluere pœnitentes minimè poſſe.

Igitur pręter votorum, & iuramentorum commutationes, & irregularitatum diſpenſationes, nec non abſolutionis, ſuſpenſionis, interdicti, & excōmunicationum maiorum, quæ ſummo Pontifici, & Epiſcopo ſunt reſeruatæ, hi præterea caſus nobis ſunt reſeruati.

Homicidium voluntarium, & realis abſciſſio membri; mandantes quoq., ac auxiliantes, procurantes etiam abortum poſt animarum fętum, & verberantes parentes ſuos.

Blasphemantes publicè Deum, vel Sanctos.

Concubinarij publici, ſodomitæ, & coeuntes cū beſtijs, & incæſtuoſi vſq. ad ſecundum gradum conſanguinitatis, & affinitatis, & in cognatione ſpirituali, ita vt maſculi tantùm comprehendantur.

Violantes moniales, & cum illis turpiter ludentes, & violenter virgines ſtuprantes, & mulieres quaſcunq. rapientes.

Vſurarij publici, & Notarij non reuelantes in=

fra tres menſes teſtamenta, & legata ad pias cauſas, & eorum exequutionem impedientes.

Qui in iudicio falſum doloſè depoſuerint, vel quo modolibet falſas ſcripturas cum præiudicio tertij cõpoſuerint, ſiue ad falſum ſeduxerint in præiudicium tertij.

Sacrilegium per furtum, & rapinam, & ſanguinis, vel ſeminis effuſionem cum ſcandalo.

Incendiarij ex propoſito.

Sortilegi, vel diuinatores, qui expreſſa dæmonum inuocatione doloſè vſi fuerint.

Abutentes ſacramentis ad ſuperſtitiones.

Contrahentes matrimonium clandeſtinum, contra Decretum Synodi Tridentinæ.

Confeſſarij, qui aliquid à pænitentibus nomine reſtitutionis, aut ſatisfactionis, aut pro miſſis celebrandis ad pænitentiam iniunctis exegerint, aut petierint.

Clerici omnes qualitercunq. beneficiati, aut in ſacris conſtituti incedentes in habitu ſeculari, & ludentes publicè, vel ſecretè in ludis prohibitis.

IN omnibus his noſtris Caſibus non intelliguntur pueri, vel puellæ ante annos pubertatis. Et ſi aliquis Confeſſarius quẽquam ſcienter à præfatis

Caſibus

Caſibus abſoluere præſumpſerit, ipſo facto ſuſpenditur nunc pro tunc ab audientia confeſſionum.

DE EXTREMÆ VNCtionis Sacramento.

Cap. I.

ET ſi dum viuimus, aduerſarius noſter Diabolus circuat, quærens quem deuoret; in exitu tamen vitæ omnes ſuæ verſutiæ neruos intēdit, ſi poſſit nos a fiducia, & diuina miſericordia perturbare. Ideo clementiſſimus, & miſericors Dominus, & Redemptor noſter extremæ vnctionis ſacramento finem vitę tanquam firmiſſimo quodam præſidio muniuit. Vnctio enim hæc eſt gratia ſpiritus ſancti reliquias peccati, ſi quæ ſint, abſtergens; animam ęgroti alleuians, & confirmans; vt tentationibus Dæmonum facilius reſiſtatur, & velociorem ad Deum tranſitum concedit.

c.t.ſeſſ. 14. eodē titulo Pet. 1.c. 5.& c. nulli dubium 3.q.1.

c. t. ſeſſ & decr. eodē c. 2.& can. 2.

Cap. II.

PRæfecti Curati, vel ſacriſtæ, vel quiuis alius miniſter huius ſacramenti ſuperpelliceo, &

c. eccleſiaſtica 25.di.

ſtola indutus dictum Sacramentum capite detecto cruce, & lumine præcedentibus infirmis, periculoſè decumbentibus, dum integris ſunt ſenſibus cum lætanijs, & orationibus, ac unctionibus à ſancta Eccleſia ſeruatis adhibeat; eoſq. conſoletur, vel hortetur; vt à curis, & deſiderijs præſentis vitæ animum auertant, ęternamq. ſalutem cogitent, & ſperent, verſutiaſq. Diaboli contemnant; ac abſtantes, vt pro infirmo preces ad Dominum fundant, & ita confirmatum Domino commendent; ac poſtea ipſum vſq. ad extremum vitę ad benè moriendum hortentur, & adiuuent; & hoc pietatis opus in tanto conflictu omnes Confeſſarij prędictis agonizantibus adhibeant.

Cap. III.

c. vaſa & c. vt calix de conſ. diſt. 1. & c. nemo cadem diſt. c. 1. de cuſt Euch. & c. 1. § ſanè de celeb. miſſ. & Cōc. Tur. c. 3.

IN Eccleſijs his olea ſacra in vaſis argenteis eleganti forma confectis conſeruentur, quę inter e literis ſint diſtincta; vas autem olei infirmorum ab alijs ita ſeiunctum ſit, vt ad infirmos ſeparatim in burſa ſerica deferri poſſit, & in loco decenti, & velo candido tegatur, nec vnquam laicis deferenda permittantur, & in loco tuto, ac honorifico cum claui ſeruentur.

Cap. IIII.

SIcuti Sacramentum hoc ſanis corpore miniſtrari non debet, nec ingreßuri mare vi ventorum turbatum, nee prelium commißuris, nec capite dānatis, nec deniq. infantibus non dum rationis vſu præditis; ita neq. hijs deniq. negandum eſt, quibus mortifero vulnere accepto mortis imminet periculū, ſiue ſuperuenienti febre correpti, ſiue ex vulnere tantum è vita decedant: & ſi nec peccata confeſſione expiare, nec Euchariſtiam ſumere potuerunt, modo tamen oſtenderint ſigna contritionis; & contrarius abuſus extirpetur; neq. enim infirmos quiſquam eße negauerit, quos aliena malitia, vel caſus repentè percuſſerit; cur igitur luctaturos non vngamus, qui extremo iam prelio aduerſus ſpirituales nequitias in cæleſtibus colluctantur?

Cap. V.

OLea ſacra vetera nouis in feria Quinta Cenæ Domini ab Epiſcopo conſecratis in lampadibus crementur; & caueant miniſtri omnes, ne vltra annum prædictis oleis vtantur: & aliç Eccleſiç ab hac Cathedrali illa noua cum debita reuerentia c.literis de cōſ. diſt. 3.

rentia luminibus, & proceſſione accipiant, & de ferant; quę ſacriſtę gratis, & propterè de noſtro, vel noſtri Vicarij mandato diſtribuant.

Cap. VI.

A*Aduertat quoq. ſacerdos, & miniſter huius Sacramenti; ne erret, quando vngit infirmum, ne vnus proferat verba, & alius vngat; ſed ille idem, qui vngit, debet verba proferre, aliàs non conficit ſacramentum, ad quod conferendum debent accedere ad minus tres alij, qui poſſint officium & litanias dicere, & omnia alia facere, quę in libro continentur; dummodo ſolus ille vngat, & proferat verba illa. Per iſtam &c. ſed ſi infirmus eſt iamiam moriturus, ommiſſis alijs, debet illico vngere cum illa forma prædicta verborum; & ſi adhuc poſtea viueret, fiat reliquum officium, & litaniæ vt in libro.*

DE ORDINIS SACRAMENTO

Cap. I.

ſeſſ. 23. per cit.

Q*Vi ſacris ordinibus initiantur, ſummi ſacerdotij Chriſti efficiuntur participes. Ideo ſacroſancta*

croſancta Oecumenica Tridentina Synodus ſapienter de his, quę ad illorum collationem, & ſuſceptionem neceſſaria, & opportuna ſunt, diſpoſuit, ac ſatis abundè pertractauit, quibus ſalubribus decretis adhærentes ſtatuimus, & ordinamus; vt omnibus, qui prima tonſura, vel minoribus ordinibus inſigniri cupiũt iuxta Decretum Sacri Concilij Tridentini à ludi magiſtris, ſub quorum diſciplina literas didicerunt, literaturę teſtimonium in ſcriptis afferant. ſeſſ. 23. c. 5.

Cap. II.

PRima tonſura non initientur, qui non dum ſeptem nati ſunt annos, & confirmationis ſacramentum non ſuſceperint, vel fideĩ rudimenta ignorant, vel legere, vel ſcribere neſciunt, vel demum de quibus probabilis coniectura non eſt, eos non ſecularis iudicij fugiendi fraude hoc vitę genus ſibi elegiſſe iuxta Decretum ſacri Concilij Tridentini. c. 1. ſeſſ. 24. c. 4.

Cap. III.

NVllus in minoribus ordinibus conſtitutus fori priuilegio gaudeat, niſi habitum, & tonſuram deferat Clericalem, & his noſtris Eccleſijs, vbi eadem ſeſſ. c. 6.

aſcripti

aſcripti erunt, perſonaliter inſeruierint; & vt noti ſint ſeruientes, mandamus per aliquem eorum, per nos eligendum punctari, ad hoc; vt negligentes debitis canonicis pœnis, & arbitrarijs à noſtro Vicario puniantur.

Cap. IIII.

PRima tonſura initiatus beneficium Eccleſiaſticum in hac Ciuitate, vel alibi habens Clericalem habitum, & tonſuram deferre teneatur.

Cap. V.

eadem ſeſſ c. 3. 7. & 12 & ſeſſ. 24. c. 18.

ET vt ordinandi præcipuè ad ſacros ordines amodo non abſq. delectu examinentur; deputamus examinatores Reuerendos Archidiaconum, Archipresbyterum huius Cathedralis Eccleſiæ D. Cataldum Conſalone, D. Nuntium Caſellam, D. Iulium Pinctum, D. Proſperum Richa. D. Ioſeph Campl. D. Thomaſium Andriolum, D. Ioſeph Tatoium, & duos alios Theologos per nos eligendos: qui, vel aliqui eorum, dummodo non ſint minus quatuor exacto examine ſeruatis in omnibus Decretis S.C.T. nobis probatos, ætate etiam apparente, vita, moribus, & doctrina, & ſuffi=

c. de ordinat. 1. q. 1 c. ſi qs ſine examine 71 diſt. &c. ſi q 24. diſt.

ſufficientia circa eorũ munera ordinandos exhibeant: & qui precibus, vel fauore aliquo, vel aliter, quàm per examen prędictum ordinari pręſumpſerit, careat exequutione ordinis ſic ſuſcepti.

Cap. VI.

NEmo ad ſacros ordines admittatur, niſi beneficij Eccleſiaſtici, vel veri, & non ficti patrimonij titulum habuerit; vt ſit ad eius victum ſufficiens iuxta ſacri Concilij Tridentini Decretum, quod exactè, & diligenter obſeruandum mandamus; aliter verò ordinatus nouerit ſe ab ordinum exequutione eſſe ſuſpenſum iuxta ſacrorum Canonum ſanctiones decreto S. C. T. innouatas.

c.t.ſeſſ. 21. c. 2.

Cap. VII.

CAueant ordinandi, vt nihil dent; & nihil examinatores accipiant, etiam à ſponte dantibus, ſi ſimoniæ labem effugere cupiunt, & contra facientes canonicis pœnis punientur.

c. 1. de ſimo. conſt. Pij V. n. 6. fol. 5.

Cap. VIII.

SAcris ordinibus initiati ante legitimam ętatem

à S. C. T. diffinitã, vel extra tempora, vel aſq. di
ſeſſ. 25. c. 12. *miſſorijs ſui Epiſcopi literis, vel cum illis, ſed de=*
prauatis, fictis, falſis, aut abraſis; ſimiliter, &
qui contra formam ſacrorum Canonum aliquid ſe=
creto cuiquam dederint pro dictis ordinibus ſuſcipien
Incipiẽ. cũ ex ſacror. n. 8. fol. 31 *dis, ſunt ipſo iure ſuſpenſi; & ſi ſuſceptum ordinẽ*
exercuerint, ſciant ſe irregularitatem contraxiſſe
iuxta Pij II. conſtitutionem vſu receptam.

Cap. IX.

ſeſſ. 23. c. 16. & c. 19. IN *Eccleſia, cui ſemel aſciptus eſt, quilibet*
Clericus reſideat, atq. ibi ſua munera obeat; nec
abſq. noſtris dimiſſorijs vagetur, ſuiq. ordinis actũ
ſeſſ. 22. c. 4. *exerceat; nec Clerici in minoribus conſtituti in capi=*
tulo ſuffragium habeant iuxta Conſtitutionẽ Clem.
V. & ſacri Concilij Tridentini diſpoſitionem: &
omnes in ſacris ordinibus conſtituti, etiam ſi Preſby
teri ſint, celebrare non valentes ob aliquam lègitimã
cauſam à nobis probatam, ſingulis quindecim die=
bus ſe cõmunicent. Clerici verò ſingulis mẽſibus, &
eadẽ ſeſſ. c. 11. & 17. *altaris miniſtri cum altari deſeruiunt in miſſis con=*
uentualium, ſingulis diebus Dominicis, & ſollem
nibus poſt communionem celebrantis ipſi ſimiliter
ſe communicent.

Cap. X.

ORdinandi ad ſingulos maiores ordines per mẽſem ante examini ſe ſubijciant, & ante eorum approbationem nomina, & cognomina ordinãdorum in Eccleſijs publicentur per aliquot dies ante ſuſceptionem ordinum, vt populus ſciat, & cuiq. liceat ordinandos accuſare, ſi quod eorum crimen deprehenderit. c.t.ſeſſ. 23. c. 5.

DE MATRIMONII Sacramento.

Cap. I.

SAcramentum hoc (ait Apoſtolus) mãgnum eſt; ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia, & ſic diuinitus inſtitutum ſanctè, & religiosè ſuſcipi, miniſtrari, & tractari debet. Idcirco quæcunq. de matrimonio Sacrum Concilium Tridentinum recipi docuit, inuiolabiliter ab omnibus obſeruari decernitur; & vt omnes doctrinam dicti S.C. de eiuſmodi re ſciant, & matrimonium ritè, & canonicè iuxta eandem formam contrahãt; precipimus,

Ad Epheſ. c. 5. in fin. & c. debitũ de bigã.

ſeſſ. 24. c. 1.

mus, & mandamus præfectis Curatis, & ſacriſtis; vt ſemel in menſe in his Eccleſiis inter miſſarum ſollemnia, quæ diffinita, & declarata fuerunt à ſacra Oecumenica Tridentina Synodo publicent, & declarent etiam vulgari lingua, prout in fine harum Conſtitutionum deſcribitur.

eadē ſeſſ. 24. c. 1. & c. 10.

Cap. II.

PRæcipimus, & mandamus omnibus, & quibuſcunq. ſacerdotibus; vt nemo eorum ſub pœna noſtro arbitrio reſeruata, & grauiter infligenda audeat abſq. noſtra licentia petita, & obtempta intereſſe alicui matrimonio, quin prius non ſint factæ proclamationes in Eccleſia abſq. aliquo impedimento; & quod poſtea celebretur ſaltem in præſentia trium, vel duorum teſtium iuxta dicti ſacri Concilij decreta.

ſeſſ. eadē c. 1.

Cap. III.

ET quia inuenimus multa matrimonia contracta abſq. prædictis à Sacro Concilio Tridentino requiſitis, & aliqui poſt concluſionem illico illud conſumauerunt, aliqui factis proclamationibus tantū, & aliqui omnibus prędictis ſeruatis abſq. tamen

eadē ſeſſ. c. 1.

ſacer=

ſacerdotali benedictione, ipſam omnino relinquentes; ideo mandamus, vt omnis abuſus tollatur, & amodo poſt canonicum matrimonij contractum, immediatè ſequatur ſacerdotalis benedictio in Eccleſia, & cum miſſæ celebratione iuxta ſanctæ Eccleſiæ ritum, & in temporibus à S. C. T. decretis ſub pœna excommunicationis, & alijs noſtro arbitrio infligendis; & caueant ne in monaſterio monialium nuptiæ benedicantur, hortantes ſponſos prædictos; vt ſaltem per tres dies ante eorum peccata confiteantur, & Sanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſumant; & poſtea ad eius contractum benedictionem, & conſumationem accedant; ſancta enim res eſt matrimonium, ſancteq. tractandum. c. 1. ſeſſ. 24. c. 7.

Cap. IIII.

IN ſacriſtia huius Eccleſiæ liber ſeruetur, in quo à ſacerdotibus poſt celebrationem matrimonij immediatè ſcribantur coniugum, & teſtium nomina, & cognomina, dies & annus, ac locus contracti matrimonij; & vbi totus dictus liber ſcriptus fuerit in archiuio huius Eccleſiæ conſeruetur, vt partes & de matrimonio contracto pro legitimatione filiorum, & pro alijs cauſis poſſint; cum oportuerit inde ſumere probationem. eadē ſeſſ. c. 1.

Cap.

Cap. V.

c.t. ſeſſ.24. c.7.

Sæpe contingit, vt perſonæ, quibus matrimonia ſunt contrahenda, locorum ſint diuerſorum; indeq. cauſa tegendi impedimenta præbeatur; ſi altero tantum in loco denuntiationes fiant, vbi legitima ignorentur impedimenta; quo circa, vt contrahentium malitijs occurratur, & vt matrimonia ſine ipſorum contrahentium damnatione celebrentur, denũtiationes eo caſu vtrobiq. fiant; niſi aliter nobis ob locorum diſtantiam, vel aliam cauſam videbitur, & literæ teſtimoniales de huiuſmodi ſic factis denuntiationibus; ac de impedimentis, ſi qua fuerint oppoſita; vel ſi non fuerint, fidem faciẽtes à proprio ordinario, vel Parocho exhibeantur, antequam ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ procedatur.

Cap. VI.

ſeſſ.24.c.1. & c. cũ inhibitio de claud. de ſponſ.

ANtequam matrimonium contrahatur, ter proclamationes in tribus diebus feſtiuis in hac Cathedrali Eccleſia, & alijs Eccleſijs, vbi populus frequenter conuenit, publicè inter miſſarum ſolemnia fiant, niſi aliter ex cauſa nobis expedire videbitur,

debitur, & illud in facie Eccleſiæ iuxtà Sacri Con cilij Tridẽtini decreta fieri mandamus; Populusq́. admoneatur; vt impedimenta ſub pœna excommu nicationis, ſi qua ſunt, reuelentur; & ſi dubium ali quod emerſerit; ſacerdotes hæc exequentes nos conſulent, & ſæpiſſime in Eccleſijs populo inculcetur; ne matrimonia intra gradus prohibitos contrahant, & multo magis conſumare ne præſumant, quia ſpe diſpenſationis obtinendæ omnino carebunt; & clandeſtina matrimonia irrita, & nulla eſſe declarent; & caueant, ne matrimonium abſq. facultate Epiſcopi celebretur.

Cap. VII.

PRæfecti curati, & ſacerdotes hortentur quoq. filios familias, & præcipuè adoleſcentes, ne eorum parentibus inconſultis matrimonia ineant; ſed eorum conſenſum de honeſtate expectent. Parentes etiam ne eorum filios cogant, quominus ea libere contrahant.

Cap. VIII.

CAueant ſacerdotes ſecundas nuptias benedicere, cum illa benedictio reiterari non poſſit,

ſed

ſed abſq. illa ſollemni benedictione miſſa celebretur, reiectis omnibus, & quibuſcunq. abuſibus, & ſuperſtitionibus à diabolica arte inuentis.

tot tit. de ſecundis nuptijs.

Cap. IX.

QVi contra formam decretorum S.C.T. & decreta prædicta matrimonium contrahere præſumpſerint, licet illud poſtea promiſſione, fide, ac iureiurando, quin etiam oſculo, & copula carnali conſequuta, confirmarint; certo ſciant irritum, & nullum eſſe, ſeq. grauiter arbitrio noſtro mulctandos eſſe; & nemo præſumat in prohibitis conſanguinitatis, & affinitatis gradibus ſcienter contrahere.

ſeſſ. 24. c. 1.& c.5.

Cap. X.

ET quamuis neceſſariæ denuntiationes matrimonium ãteceſſerint, & capitula etiam matrimonialia interuenerint; caueant tamen coniuges, ne copulentur ſub pœnis excommunicationis, & alijs noſtro arbitrio imponendis; neq. vir mulieris domum, niſi cum matrimonium præſente Parocho, vel ſacerdote deputato, vna cum teſtibus contrahendum eſt, adire audeat.

Conc. Neap. eo titulo.

Cap.

Cap. XI.

SCiant Parochi impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium poſtea factum dirimit primum, & ſecundum gradum non excedere. Iuſtitiæ verò publicæ honeſtatis non vltra primum gradum extendit, prout S. C. T. diffiniuit, & fel. record. Pij V. conſtitutio declarauit, quæ incipit: San. in Chriſto Pater. c.t.ſeſſ. 24. c. 2. n.20.fo.31

Cap. XII.

PArochi omni vigilantia, & diligẽtia inquirãt, ſint nè in ſua Parochia concubinarij, an non: & ſi eſſe compererint, eos perinde, ac pater filios moneãt, vt concubinas eijciant; & ſi quidem matrimonio coniuncti fuerint, in eo ſanctè, vt par eſt, viuant; ſin minus ſe continere nolunt, nubant: vt ſi perfectiora non attingunt, ſaltem ſecundum indulgentiam conceſſo matrimonio vtantur: qui non paruerint eos ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, vel beneficio nobis, vel generali Vicario noſtro denunciare teneantur, vt iuxta ſacri C. T. decreta in hoc concubinarios mucrore anathematis ſeſſ.24.c.8.

alijſq. canonicis penis ſeuerè, vt par eſt, annodentur. Nec nuptiæ ſub vna vmbella, vnoq. ſacro benedicantur, ſed ſingulæ ſeparatim, niſi aliter nobis videbitur.

SESSIO TERTIA

DE VITA ET HONEſtate Clericorum.

Cap. I.

c. Cler. 21. diſtin.

Cōc. Trid. ſeſſ. 21. c. 1. de refor.

CLerici, ſi eorum nomina conſiderent, in ſortem nempè Domini vocati ſunt, à ſecularibus curis ſegregati, & in altiorem gradum ſublati, ita eorum vitam moribus, habitu, geſtu, conuerſatione, ac inceſſu componant; vt in eos populi, tanquam in ſpeculum oculos conijciant, & exemplum ſumant, quod imitentur, ne tanquam ſal infatuatum conculcetur.

Cap.

Cap. II.

COronam itaq. conſpicuam, & ordini ſuo con= gruam gerant: barbam à ſuperiori labro ita recidāt, vt in ſacrificio Miſſæ D. N. Jeſu Chri= ſti corporis, & ſanguinis ſumptionem non impediat, quod ſi barbam omnino conciſam habere voluerint, à ſuperiori etiā labro penitus concidatur, nec pilos cle rici, ne dum ſacerdotes vſq. eo ſinant creſcere; vt retorti, & hirſuti ſint inſtar (vt aiunt) Turcarū.

c. clerici in fin. Clem. in eod. tit. & ibi gloſ. notab.

Cap. III.

BIretum capiti æqualiter impoſitum ferant pi= leum, qui nigri ſit coloris, nec turbinatum, vel cum parua plica; vt à militaris galeri forma valde diſcrepet, pro pluuia, & ſole habeant: ve= ſtes interiores, & exteriores omnino ſint talares, & nigri coloris: nec ſerico ornatę, ſed ſimplices: bre uium veſtium vſus, præterquàm in itinere, & ex= tra Ciuitatem interdicitur camiſas ad collum, & manus criſpas, vel ſimplices laboratas, & cum artificio acus in extremitate, caligasq. turgidas, & conciſas ſoleas, aliaq. calciamenta ſerica, vel in= ciſa, ac diploidem album diſcopertum, vel conci=

Clem. fin. & diſt. eo- dem tit.

c. null' eo- rum cū 3. ſeq. 21. q. 4.

ſum non gerant; nec annulo vtantur, niſi aliud di=
c. pri. & c. matrimon 41. diſt. & 21. q. 4. tot. gnitatis, vel honoris ratio poſtulet; pallio, quod vul
go ferraiolum vacant; vt clericali conuenit honeſta=
ti ad frigoris tantum, pluuiaſq. iniurias expellen=
das vtantur, veſtemq. talarem interiorem in Ec=
cleſia præcipuè ſuperpelliceo ſuperpoſito nunquã depo
nant; vnguenta, & ſuaues odores non deferant, eo=
rumq. ſuperpelliceum, nec ſericum, nec ſordidũ,
nec nimis exquiſitum, nec ſciſſum ſit, nec aliquid
vani habeat, quod oculos offendat; nec chirotecis,
nec pileo in Choro vtantur.

Cap. IIII.

c. t. ſeſſ. 23. c. 6. & ſeſſ. 14. c. 6. OMnes Eccleſiaſticæ perſonę tã in ſacris, quàm
in minoribus ordinibus conſtitutæ, quacunq.
ſint dignitate, perſonatu, officioq. præditæ, benefi=
cioq. gaudeant, habitum ordini, graduiq. ſuo con=
uenientem, nec non Clericalem tonſuram geſtent.
qui verò non paruerit monitus etiam per edictum pu
blicum, & per præſentes conſtitutiones, per ſuſpen=
ſionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fruc
tibus, & redditibus, ac prouentibus ipſorum bene=
ficiorum; nec non ſi ſemel denuò in hoc deliquerit,
etiã per priuationẽ officiorũ, & beneficiorũ huiuſmo
di coerceri poſſit, & debeat iuxta S. C. T. decretũ.

Cap.

Cap. V.

SClopettas, ſiue longas, ſiue breues ne deferant, atq. adeo nullum armorum genus, præterquam in itinere ſuſpectis in locis, eaq́. honeſta ſint, ac defenſiua. Si quis autem breuiores ſclopettas, vel pugiones, vel alia, quæ ad trium palmorum menſuram non perueniunt, arma geſtauerit; aut gladios prohibitos ſecum habuerit, triremis ſupplicio per tres annos damnetur, vel alijs pœnis arbitrio noſtro puniatur.

c. Cler. il p. eod. tit.
Conſti. Pij V. n. 142. fol. 196.
Cõc. Neap eodẽ tit.

Cap. VI.

PErſonati ne ambulent, nec in publico, nec in ſecreto; ſi quis autem horum aliquid peccauerit præter veſtium, aliarumuè rerum omiſſionem, alijs grauioribus pœnis æſtimata delicti, & perſonę qualitate arbitrarijs damnetur, nec extra Ciuitatem, ſeu deſtrictum peregrinentur abſq. Epiſcopi licentia ſub ſolita, & conſueta pœna.

c. cũ deco. eod. tit.
c. null' de cõſ. diſt. 5.
c. nõ oportet de cõſ. diſt. 5.

Cap. VII.

FEminæ ne cõmorentur in ędibus ad vſum miniſtro=

c.1.& 2. de coha. Cle. & mul. c. ĩterd. c. hoſ. 32. diſt. cõ. Agat c. 10. 11. & c. ſẽi. 81. diſt. c. à nobis de cohab. Clẽ. & mulier &c. volumus cũ ſeq. 81. diſt

niſtrorum Eccleſiæ conſtitutis quamcunq. cum eis neceſſitudinem, cognationemq. habeant: in alijs autem ędibus, quæ clericali vſui non ſunt aſſignatę; non niſi ex cauſa rationabili Epiſcopi iudicio approbanda poſſint Clerici cum mulieribus cohabitare, contubernio inſuper familiaritate, conſuetudine publica, vel ſecreta quarumcunq. ſuſpectarum mulierum ſibi interdictum eſſe intelligant; & ab eorum domibus picturas oẽs profanas & laſciuas deijciãt.

Cap. VIII.

CAueant pręterea, ne in Reipublicæ, vel priuatorum hominum iacturam ſint latronum, vel exulum, ſiue bannitorum (vt aiunt) receptatores, aut fautores ſub grauiſſimis pœnis arbitrio noſtro irrogandis.

Cap. IX.

c. cũ deco. de vit. & honeſt. Cle. c. t. ſeſſ. 22. c. 1. &c. Clerici 16. 2. eod. tit.

COmædias, fabulas, choreas equeſtres, ſeu aſticos ludos, profana colloquia, atq. ſpectacula nec edant, nec ſpectent: talis, teſſeris, pictis pagellis, alioue ludi genere prohibito nec ludant, nec ludentibus ſpectatores adſint: publicè vero, nec globo miſſili, vel pila palmari, alioue ludo etiam honeſto

neſto abſtineant ſub grauiſſimis pœnis arbitrio noſtro irrogandis.

Cap. X.

NUllũ venationis genus à ſacris Canonibus Clericis vetitũ exerceant: cõmeſſationibus, compotationibus, alijsuè minus honeſtis conuiuijs non interſint: ab artibus vilibus abſtineant: cauponas, ſeu tabernas, niſi iterfacientes, non ingrediantur; at neq. tonſtrinis, vel aromatarijs, vel alijs artificum vel vendentium officinis tempus ocioſè conterant, ne labia diuinis laudibus conſecrata, ſcurrilia potius, & quæ ad rem non pertinent, ſonare audiãtur.

Con. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. & c. õnibus 34. diſtin.

Cle. 1. & c. cle. officia eod. tit.

Cap. XI.

NEmo Deo militans implicet ſe negotiis ſæcularibus; vt ei placeat, cui ſe probauit ideo mercaturam non exerceant, neq. in agendis negotiis, aut vendendis, vel emendis rebus; vt medij, vel interpretes interueniant, aliena prędia, niſi de noſtra licentia non conducant pro alio non ſpondeant, niſi de rebus eorum patrimonij.

c. t. ſeſſ. 22. c. 1. c. Cle. il 2. 91. diſt Cõ. Catag. 3. c. 15. & Con. talcedon. c. 3.

Cap. XII.

CLerici omnes vbiq. eorum dignitatem retineãt,

nec

ſeſſ. 14. in ptohẽ.& c. 6. & ſeſſ. 22.c.1.

nec ſecularibus inſeruiant, ſed in omnibus, vt dignitas expoſcit, ſe ſe gerant iuxta S.C.T. decretum: nullius laici negocia procurent, neq. illis famulentur; taliterq́. ſacerdotalis dignitas maculetur: dum autem in Eccleſiaſticarum perſonarum famulatu ſunt, vilia munera, quæ clericali dignitate maculam darent, ne obeant; nullas mulieres comitentur, neq. illis aſſiſtant, nec monialibus velut internuntij inſeruiant ad deferenda eorum munera, vel exterorum ſalutationes referendas.

Cap. XIII.

c.Clerici il 2. eodẽ tit. c. null⁹ de cõſ. diſt. 5.

CAueant etiam Clerici ne noctu ſine cauſa, vel minus quàm honeſta, ac rationabili per Ciuitatem vagentur: quod ſi cum armis, vel canendo, vel inſtrumenta aliqua pulſando per noctem deambulauerint; aut id agentibus comites ſe prębuerint, carcerentur, & pœnis debitis arbitrio noſtro puniãtur; ac arma, & inſtrumenta, vel ſimilia amittant. Qui rixas fecerint quouis in loco, arbitrio noſtro punientur. Si quis autem à quouis fuerit percuſſus, infra duodecim horas denuntiare nobis, vel noſtro Vicario, ſiue Actuario teneatur, ne percuſſor in excommunicatione impunis exiſtat, aliàs arbitrio noſtro punietur.

Cap.

Cap. XIIII.

CLerici omnes cibum ſumpturi menſam benedi=cant, ſumpto verò gratias Deo pro acceptis beneficijs agant; & in minoribus ordinibus conſti=tuti habitum, & tonſuram Clericalem ſemper ge=rant; ſi ſecus fecerint, ſciant pro certo eſſe priua=tos priuilegio fori iuxta S. C. T. decretum. ſeſſ. 23. c. 6

Cap. XV.

GEneratim verò præterea, quæcunq. alia Cle=ricis ex ſacris Canonibus generalibus Conci=lijs, vel Apoſtolicis ordinationibus ad eorum vi=tam, & honeſtatem pertinentia ſtatuta ſunt, ab eis obſeruari mandamus ſub pœnis in eiſdem contentis, noſtro arbitrio declarandis. c. t. ſeſſ. 21. c. 1.

Cap. XVI.

SObriè igitur, & caſtè, ac piè omnes Clerici vbiq. viuant ſuę memores dignitatis, de qua Do=minus ait. Vos eſtis lux mundi, Vos eſtis ſal ter=ræ, vos ciuitas ſupra montem poſita, & lucerna ſuper candelabrum poſita eſtis, quæ omnibus lumen Matth. c. 1.

faciat;ſic ergo luceat lux veſtra in populo sãcto Dei.

DE VISITATIONE

Cap. I.

c. 34. SPiritus ſanctus per Ezechielis vocem paſtores docet, ſuum gregem viſitare; nempe quod perierat requirere; quod abiectum, erat reducere; quod confractum, alligare; quod infirmum, conſolidare; c.t. ſeſſ.24. c.3. & quod pingue, & forte, cuſtodire: hoc enim eſt viſitare. Ideo ſciant omnes viſitationem ad ſalutem animarum eorum, qui viſitandi ſunt, inſtitutam eſſe; & id ſit Epiſcopi viſitantis ſcopus, ac orthodoxam, ſanamq. doctrinam erroribus expulſis inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populos cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, & innocentiam accendere; & deniq. de fide, & ſanctimonia vitę Eccleſiarum ſeruitio Eccleſiaſticis diſciplinis, moribus, conuerſatione, & obſeruantia præceptorum Dei, & decretorum S. C. T. perquirere.

Cap. II.

EPiſcopus in primis viſitet ſanctiſſimum Euchariſtiæ

chariſtiæ Sacramentum, ſacra olea, reliquias ſacras, fontes etiam Baptiſmatis quouè cultu, & reuerentia cuſtodiantur, diligenter animaduertat: deinde ſacriſtiam, ornamenta, & vaſa ſacra, ac Eccleſiam ipſam, Altaria, & Campanile, poſtea quomodo diuina celebrantur officia defunctorum, exequutioni demandentur; hoſpitalia, confraternitates, & alia pia loca quomodo gubernentur; quos legant ſcholæ magiſtri libros, perſpiciat, & confirmationis Sacramentum conferat, ac pænitentias iniungat; ne ſuſpecti in fide, vſurarij, blaſphemi, concubinarij publici, luſores, & odioſi in Ciuitate ſint, ſciſcitetur, quos debitis pænis afficiat.

Cap. III.

PErquirat etiam diligenter, ne Eccleſiæ debitis ornamentis, obſequiis, & reparatione defraudentur, eorum bona conſeruentur, non alienentur: inuentaria vt fiant, omni ſtudio curabit: de vita, moribus, habitu, & tonſura Clericorum, & alijs huiuſmodi, & præcipuè qua cura ſacramenta miniſtrantur; & de literis ordinationis, & inſtitutionis beneficiorum, & de ſimilibus ſedulo ſcrutetur, & inquirat.

Prout in libello viſitationis Eccleſiarum Vrbis.

Cap. IIII.

Cōc. Trid. ſeſſ. 21. c. 7

SI ſimplicium beneficiorum Eccleſiæ penitus diruitæ ob eorum inopiam innouari, & reſtaurari nequeunt, curet Epiſcopus; vt erecta ibi Cruce in profanos, non tamen ſordidos conuertantur vſus; priuatorum quoq. hominum oratoria diuino cultui dicata viſitet; & diligenter aduertat, ne quis ad profana eis abutatur; & in reliquis decreta S. C. T. ad vnguem obſeruentur.

DE DIERVM FESTOrum cultu, & veneratione.

Cap. I.

Exod. c. 20

c. pronunciandū de conſt. diſt. 3. c. conq. de ferijs.

DOminus enim præcipit dies feſtos ſanctificari, & ſic ſemper Patres, & S. R. E. ad pietatem augendam docuit, ne dum feſta Dominicalia, ſed & alia Ieſu Chriſti, Beatiſſimæ Virginis, & Sanctorum nobis celebranda propoſuit. Ideo maximum circa hoc ſtudium, ac diligentiam Epiſcopus adhibere debet; vt eorum cultus, & obſeruantia omnino reſtituatur, & infraſcripti feſti

dies

dies piè, & ſanctè cum omni veneracione, & reuerentia ab omnibus obſeruentur, in quibus feſtiuis diebus populus erudiendus eſt, vt Eccleſias frequentet, miſſarum ſollemnijs, pręcipuè in ſollemnitatibus interſit, orationibus inſtet, prędicationibus vacet, & opera miſericordiæ exerceat, & ab omni ſeruili, & illicito opere (niſi neceſſitas, vel pietas vrgeat) & tunc de licentia Epiſcopi, quæ gratis detur, & iuxta Canonum inſtituta tenetur, abſtineat; deleto pœnitus abuſo illo abominabili ſoluendi tantum pro quolibet laborante in die feſto; & circa mercatus ſeruetur conſtitutio fel. record. Pij V. c. omnes c. miſſas de conſ. diſt. 1 c. nulli de cõſ. diſt. 3.

Cap. II.

P*Ræcipimus, ne quis Dominicos, aliosuè feſtos dies preſcriptos tranſgredi, & violare audeat ſub pœna noſtro arbitrio infligenda, & ad pios vſus applicanda; & à peccatis omnibus, quæ, vel maximè ſeruorum ſunt opera, abſtineant. Seuerè etiã prohibemus, ne his diebus opera ſeruilia vllo modo exerceantur, neuè vlla officina ad vendendum aperta ſit; pane, & vino pro aduenis, ac pro ægrotis neceſſarijs pharmacis exceptis, quę vendi poterunt. Carnes verò, piſces, ac fructus, herbas, & ſimilia, elapſa miſſarum hora intra officinas clauſas, por*- Conſt. Pij V. n. 6. f. 5.

tillo

tillo tamen aperto vendere permittitur pro prandio tantum; deinde facto ſigno veſperarum denuò poterunt infra Officinas ſimiliter vendere pro cœna veſpertina.

Cap. III.

c. It religioſa de conſ. diſt. 4. Cle. 1. in pri. de cele. miſſ.

INſtruatur populus, vt feſtis diebus à ludis, choræis, ſaltationibus ſe abſtineat; quin potius diuinorum officiorum, ac concionum ſit quiſq. aſſiduus auditor.

Cap. IIII.

CLerici etiam Regulares, & Oeconomi ſæculares de bonis Eccleſiaſticis ludos, & luctas nõ edant; nec certamina, brauia, ſeu curſus equorum, aut alia id genus ſpectacula, nec diebus feſtis, nec feriatis exhibeant; oblationes enim fidelium ſunt Deo oblatæ, & cibus pauperum, in quorum vſibus diſtribui debent.

Cap. V.

c. 1. & c. fin de ferijs.

CEſſent in cauſis ciuilibus exequutiones, præſertim cum miſſarum celebrationi vacetur; ſic

etiam

etiam contractus inſtrumentorum, ac ſimilium celebrationes; in ſacris locis ne pernoctetur, & illa Sanctiſſima Natalis Domini nocte, ludi, commeſſationes, cęteraq́. eiuſmodi, quod indigniſſimum eſt, omni diligentia euitentur; caueant etiam omnes, ne res etiam comeſtibiles vendant in Eccleſiis Baſilicarum, & monaſteriorum ſeptis, porticibus, aut atrijs, ex quibus etiam locis edulia, commeſſationes, choreæ, tripudiaq́. exterminentur: vt domum Dei omnes, qua decet, ſanctitate venerentur.

FESTA AVTEM, QVÆ præter omnes dies Dominicos per annum in hac Ciuitate obſernanda veniunt, ſunt ea, quæ ſequuntur.

IANVARIVS

Circunciſio Domini.	1
Epiphania Domini.	6
Sanctus Sebaſtianus.	20

FEBRVARIVS

Purificatio Beatiſſimæ Virginis.	2
Matthias Apoſtolus.	24

MAR=

MARTIVS.

Thomas de Aquino. 7
Gregorius Papa intra Ciuitatem. 12
Sanctus Joſeph per horas miſſarum. 19
Annuntiatio beatiſſimæ Virginis. 25

APRILIS

Jnuentio Sancti Richardi Pontificis, & Prõni Andrien. 23
Marcus Euangeliſta. 25

MAIVS

Philippus, & Jacobus Apoſtoli. 1
Jnuentio Sanctæ Crucis. 3
Tranſlatio Sancti Nicolai. 9

JVNIVS

Natale Sancti Richardi. 9
Natiuitas Joannis Baptiſtæ. 24
Petrus, & Paulus Apoſtoli. 29

JVLIVS

Viſitatio Beatiſſimæ Virginis.
Iacobus Apoſtolus. 25

AVGVSTVS

Feſtum Niuis intra Ciuitatem. 5
Transfiguratio Domini. 6
Laurentius Martyr. 10
Aſſumptio Virginis. 15
Bartholomæus Apoſtolus. 25

Sanctus

Sanctus Auguſtinus intra Ciuitatem. 28

S E P T E M B E R

Natiuitas Beatisſimæ Mariæ. 8

Matthæus Apoſtolus. 21

Dedicatio Michaelis Archangeli. 29

Sanctus Hieronymus intra Ciuitatem. 30

O C T O B E R

Sanctus Franciſcus per horas miſſarum. 4

Lucas Euangeliſta. 18

Simon, & Iudas Apoſtoli. 28

N O V E M B E R

Feſtum Omnium Sanctorum. 1

Dies mortuorum per horas miſſarum. 2

Sanctus Martinus intra Ciuitatem. 11

Andreas Apoſtolus. 30

D E C E M B E R

Sanctus Nicolaus intra Ciuitatem. 6

Sanctus Ambroſius intra Ciuitatem. 7

Conceptio Beatiſſimæ Virginis. 8

Thomas Apoſtolus. 21

Natiuitas D. Noſtri. 25

Sanctus Stephanus 26

Johannes Euangeliſta. 27

Feſtum Sanctorum Innocentium. 28

Sanctus Syluester. 31

FESTA MOBILIA

Reſurrectio D. N. Ieſu Chriſti cum duobus diebus ſequentibus.

Aſcenſio D. N. Ieſu Chriſti.

Pentecoſtes cum duobus diebus ſequentibus.

Sollemnitas corporis D. N. Ieſu Chriſti.

Dies primi Sabbathi Menſis Iunij feſtiuitas Virginis miraculorum.

Vltima Dominica Auguſti dictæ Eccleſiæ Beatiſſimæ Virginis dedicatio.

Dies Sabbathi primi Octobris feſtiuitas Sãctæ Mariæ de Porta ſancta.

Feria Quarta Cinerum per horas miſſarum.

Feria Quinta in Cœna Domini per horas miſſarũ.

Feria Sexta in Paraſceue per horas miſſarum.

DE IEIVNIO.
vigilijs, & orationibus.

Cap. I.

c.t.ſeſſ. 35. decr. de delect. cib. 76

SÆpiſſimè in Eccleſijs à prefatis Curatis, & Concionatoribus Chriſti fideles moneantur, & inſtruan=

inſtruantur; vt ieiunium omni ſtudio amplectantur, & ſciant cuncti, quòd ieiunia à Sancta Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarum matre indicta; vt ſunt Quadrageſima, quatuor anni tempora, & vigiliæ ab omnibus competentem ætatem habentibus, & legitimè non impeditis ſeruari debent, prout ſeruari mandamus, & ex præcepto teneri declaramus; ſed ſi qui iuſti impedimenti cauſam habuerint vz. ætatis, valetudinis, vel alterius ſimilis, vtriusq. medici licentiam habeant, & obtineant; & cognoſcant; ſatis non eſſe ad præceptum implendum ab eſu carnium, & lacticiniorum abſtinere. Imo hortantur; vt non ſolum corpore, ſed etiã mente, & lingua ieiunent, vt dũ caro ab alimẽtis abſtinet, mens pariter à culpa ieiunet, & alijs pijs officijs occupẽtur; in quibus diebus carnibus, ouis, caſeo, ceterisq. lacticinijs non vtantur, & ante omnia à vitijs ieiunent; hoc enim eſt (vt ait Auguſtinus) magnum, & generale ieiunium.

dist. 76. per tot. c. non decet 12. diſt.

c. t. ſeſſ. 12. in fin. c. nihil de cõſ. diſt. 5.

c. ieiun. de conſ. diſt. 5

Cap. II.

CAueant itaq. medici, ne in ſuarum animarum perniciem tam faciles ſe prebeant in faciendo fidem de ieiunij excuſatione; vel concedendo, vt carnes comedant ij, quos vel nulla, vel ſaltem rationabilis cauſa ab obligatione ieiunij excipit, & libe=

rat: qui ſi ſecus fecerint, noſtro arbitrio puniantur.

Cap. III.

De orone, & eius partibus latiſſimè p glo. Clem. 1. § Ideo ī verbo orat.

HOrtentur fideles, vt orationibus intenti ſint, cum militia ſit vita hominum ſuper terram: & magnus ille Auguſtinus dicat, quod oratio eſt oranti preſidium, aduerſario incendium, Angelis ſolatium, & Deo gratum ſacrificium; & cum oratio quadraginta horarum pro aliqua neceſſitate indici contigerit; ea, quæ inſtituta eſt, pietate, ac deuotione ante ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, præmiſſa ſacramentali confeſſione, & ſacræ Euchariſtiæ communione fiat; quo facilius ea, quæ pro Dei, & ſanctæ ſuę Eccleſiæ ſeruitio, animarumq. ſalute, & pro alijs neceſſitatibus ingruentibus à Deo petuntur multiplicatis interceßoribus largiantur.

Cap. IIII.

MAndamus, vt in diebus, in quibus collectæ fieri debent, fiant etiam ad laudes, & veſperas collectæ Sancti Andreę Apoſtoli, & Sancti Richardi Epiſcopi, & Confeſſoris huius Ciuitatis Andriæ Patronorum.

DE

DE BONORUM, AC iurium Eccleſiaſticorum conſeruatione & adminiſtratione, inuentarij confectione, & illis non alienandis.

Cap. I.

BOna Eccleſiaſtica in damnum Eccleſiarum, & ſine iuris ſollemnitate alienata ab his, ad quos pertinent; in priſtinam Eccleſiaſticorum poteſtatem, dominium, & poſſeſſionem omnino reducantur; nulliq. beneficiati in poſterum dicta bona alienare liceat, niſi iuxta Sacrorum Canonum, & ſummorum Pontificum diſpoſitionem, priuſquam de ea re Epiſcopus admoneatur: alioquin alienatione irrita declaretur, & inanis; & alienans Epiſcopi arbitrio puniatur; & beneficiati prædicti ſi bona Eccleſiaſtica, ſtabiliaq. quibuſuis conceſſa fuerint, caduca facta inuenerint, pœnam caducitatis non remittant, alioquin per Epiſcopum acriter punientur.

ſeſſ. 25. c. 11. & exrra uag. Amb. de rebus Eccl. non alienan.

Cap. II.

MOneantur per edictum omnes, & ſinguli, qui à quadraginta annis citra aliquas uniones benefi=

beneficiorum, qualiacunq. ipſa beneficia fuerint, obtinuerint; & quibuscunq. aliquæ conceſsiones Iuris patronatus, qualescunq. illæ ſint, factæ fuerint; vt infra triginta dies peremptorie illas præſentare, & exhibere debeant; declarantes ſi infra dictum tempus dictæ vniones, & patronatus conceſsiones exhibitę non fuerint, liceat Epiſcopo de dictis beneficijs vti non vnitis et liberis prouidere, prout ſibi placuerit; & omnes alienationes contra ſacrorum

eadem ſeſſ & c.

Canonum, & S. C. T. decreta per quoscunq. beneficiatos, & piorum locorum adminiſtratores factæ reuocentur, & eisdem beneficijs reintegrentur.

Cap. III.

c. Abbatib' c. ſi qua de reb. cũ ſeq. 12. q. 2.

Sciant cuncti ad Epiſcopum ſpectare, & pertinere; vt bona, & iura Eccleſiaſtica non ſolùm ſuę Eccleſiæ, ſed etiam omnium Eccleſiarum ſuæ Diæceſis recte conſeruentur, & gubernentur. Ideo ne Eccleſiarum, & piorum locorum bona tam mobilia, quàm immobilia ex eorum, qui præſunt, culpa pereant, præcipimus, & mandamus ſub pœnis noſtro arbitrio infligendis omnibus, & ſingulis beneficia, & pia loca quocunq. titulo obtinentibus; vt infra menſem aſſumptis ſecum Notarijs, & duobus teſtibus faciant inuentarium de omnibus bonis mo-

bilibus

bilibus, & immobilibus, & iuribus, & actionibus Ec cleſiarũ quarumcunq., & locorum præfatorum anno tando in vno vel pluribus folijs, prout qualitas reddi tuum expoſtulauerit, vaſa ſacra, veſtes, ſupel= lectilia, cenſus, iura, fundos, agros, pomeria, vi= neas, & domos cum qualitatibus, & finibus ſuis modernis ad præſens exiſtentibus: quo inuentario facto nobis in viſitatione facienda præſentẽt copiam autenticam, & fidem facientem; vt in libro viſita tionis ſeruari poſſit, & alia copia fidelis apud bene= ficiatum conſeruetur; vt ſciat bona, & iura ſui beneficij ad perpetuam rei memoriam.

Cap. IIII.

QVoniam compertum eſt, alienationes bonorum Eccleſiarum fieri ſæpe ſub conditione, vt il= larum confirmatio à ſede Apoſtolica obtineatur, in= terim autem poſſideri approbatione huiuſmodi non obtenta in graue Eccleſiarum damnum, & anima rum ipſorum contrahentium periculum. Ideo man damus, vt nullus virtute cuiusuis cõtractus audeat verbo, vel facto bonorum Eccleſiaſticorum à ſe poſ ſeſſionem abdicare; niſi Apoſtolicus aßenſus re ipſa fuerit obtemptus, & legitimè præceßerint ſollemnitates; & ſi qua bona ſtabilia, iuraq. Eccle ſiarum

extrau. ambitioſa de reb. Eccle. non alien.

rum, quæ ſub annuo cenſu, vel quouis alio modo cõcedi conſueuerunt, ad Eccleſiam aliquo caſu fuerint deuolutę, nullo pacto deinceps ſub cenſu conſueto, vel alio inconſulto Epiſcopo alienentur, vel concedantur.

Cap. V.

COmperimus etiam abuſiuè Capitula harũ Eccleſiarum obſeruaſſe canones emphitheoticos, ſiuę cenſus (vt aiunt) minutos, & alia bona ſtabilia eorum communis maßę facientes ſummam ducatorum octo, vel decem, quos inter ſe diuidunt, adeo quod quilibet presbyter participans, habet tot Canones per ipſum exigendos; &, vt quotidie videtur, ob negligentiam multorum dicti cenſus à multis

c.t.ſeſſ. 25. vſurpantur, ac in totum depereunt, & fiunt inexi

c. 11. & prę gibiles in damnum communis maßę. Ideo huic ma

alleg. extr. lo occurrere volentes, dictos cenſus, & bona ſtabilia

Ambit. per dictos presbyteros detempta, in communem maſſam dictorum Capitulorum reducimus, & reintegramus; ita quod amodo à procuratoribus dictorum Capitulorum exigantur, & recolligantur pro communi eorum vtilitati, prout ita mandamus ab omnibus ſic eſſe exequendum: & presbyteri prędicti, & detinentes dictis Capitulis, & maſſę communi relinquãt

linquant prędicta bona, & cenſus, ac relaxent infra terminum dierum nouem peremptoriè per conſignationem liſtarum, procuratoribus faciendam ſub pœna ſuſpenſionis à participatione dictę communis maſſæ, & alijs noſtro arbitrio infligendis.

Cap. VI.

QVi bona Eccleſiarum quarumcunq. piorum locorum, Montis Pietatis tàm mobilia, quam ſtabilia, Territoria, Vineas, Pomeria, domos, iura, cenſus, actiones, & quaſcunq. res ad Eccleſias pertinentes, & prȩcipuè harum noſtrarum Eccleſiarum, & Epiſcopalis noſtræ Cameræ iniuſtè abſq. canonico titulo detinent, vſurpant, vel quouis quæſito, & figurato colore operantur; vt Eccleſiæ ea non habeant, & poſſideant, ſi infra terminum dierum triginta peremptoriè; quorum decem pro primo, decem pro ſecundo, & reliquos decem pro tertio, & vltimo peremptorio termino, ac vnicam pro trina monitione aſſignamus, ipſa vnà cum fructibus male perceptis dictis Eccleſijs, ac earum patronis in effectu non reſtituerint, relaxauerint, & tradiderint, ſint ipſo facto, ipſoq. iure excommunicati iuxta ſanctionem S. C. T. cuius excommunicationis abſolutionem poſt factam debi- c.t.ſeſſ. 22. c. fin.

S tam

tam Eccleſijs reſtitutionem ad ſummum Roma=num Pontificem pertinere declaramus.

DE BENEFICIORVM *collatione, & inſtitutione.*

Cap. I.

c.t.ſeſſ.25. c.3. CVm beneficia Eccleſiaſtica ad diuinum cultũ, & Eccleſiæ munera obeunda ſint conſtituta. Ideo diligenter Epiſcopus animaduertat; vt in his ſeſſ.25. c.9 & ſeſſ. 7. c. 13. de ref. conferendis inhabiles, & indignos excludat, ſufficientes autem, & idoneos; imo digniores, cum quali=tas beneficij requirit inter probatos admittat; & Con. later. ſub leone x. ſeſſ. 9. §. ſtatuimus. nemini conferatur, niſi conſtiterit etiam per exami=nationem diuinum officium benè, & ordinatè reci=tare: & qui beneficia poſſidere vltra ſex menſes, & diuinum officium recitare neſcire inuenti fuerint, poſt lapſum ſex menſium à publicatione præſentium nu=meran. ipſis beneficijs priuari poſſint.

Cap. II.

c.nõ ſat.de ſim. arg. c. AD fugiendam Simoniacam labem, quæ fa=cilius ſub colorato, vel occulto titulo commit=ti ſo=

ti ſolet; mandamus, vt præſentatus à quibusuis perſonis tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus ante quam ab ordinario inſtituatur, ſeruatis prius de iure ſeruandis in manibus ipſius iurare teneatur, quod propter huiuſmodi præſentationem, vel beneficium obtinendum, nec ipſe, nec alius ſuo nomine, nec de eius conſenſu, ſcientia, conſilio, & mandato patrono præſentanti, vel cuiuis alio aliquid præmiſſorum nomine, aut intuitu ante, vel poſt dedit, promiſit, aut compenſauit, aut prius datum, aut promiſſum confirmauit, vel ratum habuit; ſed omnia abſq. vllo illico pacto, & conditione libere proceſſiſſe. ex tunc c. nobis, &c. conſulere eod. tit.

Cap. III.

P*Atroni beneficiorum cuiuscunq. ordinis, & dignitatis, etiam ſi Cõmunitates, vniuerſitates, collegia quęcũq. clericorũ, vel laicorum exiſtant in perceptione fructuũ, prouentuũ, obuentionũ quomodocũq. etiã ſi vere de iure patronatus ipſorũ ex fundatione, & dotatione eſſent; nullatenus, nullaue cauſa ſe ingerant, ſed illos liberè rectori, vel beneficiato, non obſtante etiam quacunq. conſuetudine diſtribuendos dimittant ſub pœnis excommunicationis, & interdicti, ac priuationis iuris patronatus ipſo facto incurrenda iuxta decretum S. C. T. & ca* c. 1. ſeſſ. 25. c. 9. de ref. ead ſeſſ. & c. § ad hoc & ſeſſ. 7. c. 13.

 ueant

ueant, ne indignos aut inhabiles pręſentent; ſed ta=les ſint, qui poſſint onera beneficij adimplere, aliàs non admittantur, ſed dignis conferantur.

Cap. IIII.

c. t. ſeſſ. 7. c. 4.

M*Oneantur, prout per pręſentes monentur omnes, & ſinguli quorumcunq. beneficiorum Eccleſiaſticorum incompatibilium poſſeſſores; quod infra menſem peremptoriè Epiſcopo cum effectu præſentare habeant diſpenſationes legitimas autenticas, & fidem facientes, ſi quas habent; vel aliquo modo doceant quo iure, vel quo titulo dicta beneficia, vel officia teneant, vel poſſideant; ſic etiam ſi plura=lis fuerit in beneficijs, aliàs iuxta canonicas ſanctio=nes prouidebitur.*

Cap. V.

Incipiẽ. in tolera. n. 9. fol. 121.

N*Orint etiam dantes, ac recipientes beneficiũ ad alterius nutum, ſeu (vt vocant) ad confidentiam in excommunicationem, aliasq. pænas tã in cõſt. Pij Quarti, quàm Pij V. ſancitas incurrere.*

Cap. VI.

I*Vs præſentandi, & eligendi Cappellanum, &*

Bene=

Beneficiatum tàm clericorum, quàm laicorum non admittatur ab Epiſcopo, niſi illud canonicè probauerint habere prout S. C. T. mandat; & qui beneficia, vel Eccleſias de manu laicorum, vel clericorum abſq. canonica inſtitutione inuentus fuerit tenuiſſe, ad reſtitutionem fructuum perceptorum condemnetur, ac iuxta Canonicas ſanctiones punietur. ſeſſ. 25. c. 9.

Cap. VII.

CLerici beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, qui in hac ſancta Synodo eorum titulos, prout omnibus per edictum mandatum fuit, non oſtenderunt vſq. huc infra menſem peremptoriè eis mandatur, vt canonicam inſtitutionem beneficiorum Epiſcopo preſentare teneantur, aliàs menſe elapſo contra eos, etiam ad priuationem ipſorum beneficiorum procedi poſſit. Hēr. de bonis de ſin. Epiſ. part. 3. ar. n. 145

VT MISSÆ ET ALIA diuina Celebrentur iuxta obligationes cuiuslibet, & de earū reductione.

Cap. I.

CVm decens ſit, pias defunctorum voluntates Epi=

Epiſcoporum diligentia adimpleri, & ſancta, & ſalubris ſit cogitatio pro defunctis orare; vt à peccatis ſoluantur, paſtoralis noſtri officij memores mandamus omnibus, & quibuscunq. Clericis, & alijs quibuscunq., qui legata, cappellas, altaria, beneficia quæcunq. ſacerdotalia habentes, miſſas certis diebus, & temporibus tàm pro viuis, quàm pro defunctis celebrare tenentur, quod de cętero perpetuis futuris temporibus miſſas eiſdem ſuis legatis cappellis, altaribus, vel ſacerdotalibus beneficijs à iure, vel ab homine taxatas, deputatas, & ſignatas inuiolabiliter, & ſine intermiſſione, vel fraude aliqua per ſe ipſos, vel per alios idoneos celebrari facere debeant, ſuis debitis locis, temporibus, & horis: quod ſi intermiſerint, & ceſſauerint, ſolitam pœnā pro qualibet miſſa derelicta ſoluerint; & ſi ſibi fructus vendicare, vel ad alios tranſferre auſi fuerint, vel in quem debent vſum non impenderint, ſacrilegij reos eſſe ſe intelligant, & grauiter, & ſeuerè eſſe puniendos.

Machabe. 2.c. 12.

e.t.ſeſſ. 22. c. 8. c. tua nobis; c. ſi hęres c. Iohā de teſt.

91. diſtin. per tot.

Cap. II.

ET *vt ordo in Sancta Eccleſia ſeruetur, mandamus, quod prædicti celebrare obnoxij, quando miſſas in tabella taxatas celebrant, ſacriſtæ notificent,*

tificent, vt cognoſci valeat, ſi debita ſint ab ipſis completa, vel nè, aliter in pœnam ſolitam incidant; qui vnus poſt vnum ſacriſta iubente ad celebrandum exeant; & ſuis præceptis à nobis, vel noſtro Vicario datis, obtemperent; vt ab Aurora vſq. ad horam nonæ incluſiuè miſſæ in Eccleſia celebrentur, & non deſint.

Cap. III.

OBligationes autem miſſarum, & anniuerſariorum in tabella deſcribantur, quæ quidem in ſacriſtia ſeruentur omnibus inſpicienda, ne defunctorum animæ ſuo voto, & deſiderio fraudentur.

Cap. IIII.

SAcri Concilij Tridentini decreto adhærentes illud ad vnguem obſeruare cupiendo præcipimus, & mandamus omnibus, & quibuscunq. beneficiatis deductionem, ſiue relaxationem miſſarum celebrandarum à quouis obtemptam habentibus; vt infra terminum dierum nouem peremptoriè ſub pœna amiſſionis fructuum, & ſuſpenſionis ab ipſo beneficio termino prædicto elapſo incurrenda, coram nobis præſentare, & notificare habeant, & debeant; ac

ſeſſ. 25. c. 4. & ſeſſ. 22. c. 6. de refor.

nos informare de earum diminutionibus; & ſi fuerint iuxta formam Decreti prædicti in diœceſana Sinodo factæ, vel nè; vt defunctorum animæ debitis ſuffragijs non defraudentur; & quæ reductæ, vel diminutæ inuentæ fuerint, vel inuenientur factæ extra Diœceſanam Synodum, & contra S. C. Decreta nullæ, & inualidę ex nunc, prout ex tunc dicto termino elapſo declarantur; ac ſi reductę, & diminutę nunquam fuiſſent, & ad priſtinum ſtatum reducantur; prout reduci mandatur.

QVI LIBRI SINT à Clericis habendi.

Cap. I.

c. t. ſeſſ. 5. c. 1. de ref. Cum Eccleſia ſacræ ſcripturę lectione regatur, ideo clerici omnes huius Ciuitatis dictæ lectioni diligenter vacere debent; prout ipſos in Domino hortamur, & quod præcipuè apud ſe hos libros debeant habere; vetus, & nouum teſtamentum. S. C. T. decreta, Catechiſmum dicti S. C. T. præcepto editum, has conſtitutiones, & Prouinciales, aliquas ſummas, Homelias, & Paſtorale Diui Gregorij, Sacerdotale, Manipulum curatorum, &

ſummam

ſummam Antoninam paruam, & aliquod confeſſionale, quorũ lectionibus ſæpe verſentur: & qui his libris carere inuentus fuerit, ſeuerè à nobis puniatur.

De Indulgentijs, & Quæſtoribus.

Cap. I.

INdulgentiarum vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem, & ſacrorum Conciliorum auctoritate probatum, quo Sancta Eccleſia poteſtate à Chriſto diuinitus ſibi tradita, antiquiſſimis etiam tẽporibus vſa eſt, quæ de hac re à S. C. T. ſunt conſtitutæ, ab omnibus obſeruari mandamus; nec indulgentias vllas prçſertim nouas, & ignotas publicari, aut populo commendari permittatur; niſi prius à nobis viſitatę, & abſq. fraude cognitæ fuerint. Et quçſtorum abuſus iuxta S. C. T. omnino eliminentur. ſeſſ. 25. in decr. de indulg.

DE CONSVETVDINIBVS prauis, & ſuperſtitionibus extirpandis.

similes abusus [illegible] in Concilio Prou. Neapolit. an. 1576. cap. 6. =

Cap. I.

DOlentes accepimus quaſdam prauas, & con-

tra religionem noſtram conſuetudines potius ſuper=ſtitiones, & corruptelas dicendas in hac Ciuitate viguiſſe, opere pretium iudicauimus, aliquas hic exprimere, ac eas è cordibus fidelium expellere, & primo monendi ſunt Chriſti fideles; vt ab illa conſuetudine; vel potius corruptela abhorreant, & recedant, qua poſt alicuius eorum obitum Templum Dei per annum, vel aliquod menſes non adeunt contra Apoſtoli preceptum, precipientis; vt non contriſtemur ſicut & ceteri, qui ſpem non habent; quin potius dent operam, vt quiſq. intelligat, & Deo Optimo maximo ſummo Creatori gratius, & defunctorum animabus vtilius fore, ſi templa frequentarent, ſacris officijs interfuerint, praeces ad Deum fundendo; vt pœnis pro peccatis debitis expiatis ad Cęlum aduolent: prohibetur etiam vulgatus aliquorũ vſus, qui ad ſuum arbitratum, vel per tactum aliquarum rerum compatres, aut commatres vocantur; ſed ij tantum hoc nomen ſibi ſortiantur, qui in baptiſmo, vel in confirmatione patrini fuerint; caueantq. omnes, ne poſthac ante, vel circa templorum, aut ſacrarum ędium fores Choreæ ducantur, nec dum proceſſiones ſocietatum ſibi inuicem occurrant ad Crucifixi Jmaginem ex oſculandam, reliquæ imagines ad ſe mutuò applicentur.

ad Theſſal c. 4.

c.t. ſeſſ. 24. c. 2.

Cap.

Cap. II.

ADmoneăt præterea præfecti Curati populum, vt omnem ſuperſtitioſum cultum derelinquat, ſicuti ſolet, & quæ diligentius caueantur, breuiter attingenda duximus. In die Aſcenſionis, & Sancti Joannis Baptiſtæ herbas eccellere, & ante proceſſionem ſternere, ipſasq. poſtea conſeruare, pedes abluere, carduos herbarum, ac ſemina aliqua in nocte S. Joannis colligere: panem ſcriptum alteri dare, ac omnino reputare verum, primas ſoleas infantium neceſſario de pelle lupina eſſe conficiendas.

Cap. III.

EXterminetur etiam abuſus damnabilis accipiendi, & conſeruandi primam oblationem pecuniæ factam Chriſto Crucifixo in Crucis adoratione feria VI. ſic etiam in alijs quibuſcunq. diebus, nec non apponendi mel ſub altari, in quo nocte Natiuitatis Domini celebratur; & caueant etiam ſponſi, qui prima vice poſt ſacerdotalem benedictionem domum ingrediuntur, ne faculas extinguant; & in prędicto ingreſſu granum, ſiue ordeum non ſternatur, alia Eccleſiæ ianua egredi, quàm qua ingreſſi

vide pag. 37. n. 1. Hoc etiam habetur in ſaudato Concilio Neap. an. 1576. cap. VIII.

fuerint non oportere, nec via etiam variare: cæramq. è ſigillis ſepulchri, quod in Eccleſijs ad memoriam ſepulturæ Jeſu Chriſti Redemptoris ſingulis annis erigitur, & paratur, in ſuperſtitioſum quẽdam cultum conſeruare ſuperſtitio quoq. eſt haud parua.

DE MALEFICIIS, JNcantationibus, diuinatoribus, & alijs ſimilibus perſonis ſuperſtitioſis.

Cap. I.

c. nec mirũ § magi 26. q. 5. & c. q ſine 26. q. 2. c. igitur 26 q. 4. & q. 5. c. nec mir. c. 12. 26. q. 1. & q. 2. c. 1. & 2. per tot. Conc. Later. vltima ſeſſ. q. § & cũ de refor.

CVm à Diabolica arte varij abuſus in populo Dei irrepſerint; ideo magi, malefici, & qui cũ dęmonibus pactiones, & fœdera faciunt, diuinatores, ſacrilegi, coniectores, harioli, Aſtrologi, certo aliquid venturum affirmantes, & in itineris ſuſceptione, aut alicuius rei inſtitutione dies, tempora, & momenta obſeruantes: chiromantes, ac Aegyptię mulieres, quę vulgo vocãtur cingaræ, aliquid ex lineamentis manuum venturum affirmantes, & aliæ huiuſmodi perſonæ, quę monitę (prout per pręſentes monentur) vt à prędictis deſiſtant, ſi non reſipuerint, acriter, & ſeuère à nobis punientur; & omnes libros, quorum opera vti ſolẽt, ſi quos

habent

habent, infra terminum dierum nouem peremptoriè nobis teneantur pręſentare, aliàs canonicis pœnis, & alijs in conſtitutione in capite Indicis librorum contentis punientur, & præcipuè ab hac Ciuitate Aſtrighæ, vt vulgo vocantur, exterminentur.

c. legimus circa fin. 37. diſt. c. nõ opor. cum ſequ. vſq. ad finẽ 26. q. 5.

DE SEPVLTVRIS, ET exequijs mortuorum.

Cap. I.

PIiſſimũ eſt, vt fidelium corpora in Eccleſiaſtica ſepultura condãtur modo non ſuper terrã, nec in excelſo loco collocentur, ideo amodo aliter mortuos ſepelire, quàm in ſepulchris non permittatur; & ſi qua ſuper terram, vel in loco excelſo in Eccleſia collocata ſunt, mãdamus vt infra menſem diruãtur, & condantur in ſepulchris niſi ænea, vel marmorea ſuper terram fuerint.

Conc. Cartag. 4. c. 81. Conc. melden. c. 9. eſt etiã conſt. Pij V. dat. pr. Aprilis 1566.

Cap. II.

CLerici cuiuſuis ordinis pro exequijs, & pro ſepulturis nihil paciſci, & exigere audeant: pręterea, quę pia, laudabiliq. conſuetudine ſunt introducta, & legata pia, ac eleemoſynas, quę vltro

c. nõ ſatis c. cũ in Eccleſia c. ad Apoſt. de ſimon.

vltro fuerint oblatæ, accipere non prohibemus.

Cap. III.

Ad Theſſ. 1.c.4.c.qui diuina c. quanq̃ poſterũ c. habẽt 13.diſt

SIcut mortuos lugere quodam humanitatis affectu non eſt prohibendum, ita nimium de his contriſtari nobis Chriſtianis, qui alteram vitam credimus, & docemus, non debet eſſe permiſſum; ideo mandamus, vt ſepulto defuncto omnes eius cõiuncti ad Eccleſiam pro audiendis miſsis, & alijs diuinis officijs ijs diebus, quibus ex præcepto Eccleſiæ ad id tenentur, accedere non prætermittant: in quo ſi per quindecim dies contumaces fuerint, illis elapſis ad id etiam per cenſuras Eccleſiaſticas cogantur, quauis conſuetudine, quæ potius corruptela eſt, in aliquo non obſtante.

Cap. IIII.

CLerici ad celebrandum fidelium exequias accerſiti ſuperpelliceis ſuper talari veſte induti, ordine, & bini, prout in titulo de proceſsionibus diximus, procedant, cruce præeunte pſalmos, ac reſpõſoria canentes, & orantes modeſte, & deuotè comitentur; & præfecti Curati Eccleſiarum, vel qui eorum nomine ipſis impeditis præfuerint, quando

do cadauer in Eccleſia defertur, ſtola, & pluuiali nigro, vel ſtola tantùm, ſi pluuiali non aderit, vtantur; & officium faciant, prout in Baptiſterio deſcribitur.

Cap. V.

NOn liceat laicis, ſed Clericis tantum exequias faciendas curare, ac ſacerdotes inuitare, & cãdelas diſtribuere, vel alia ſimilia facere; nec quiſquam cadauer extra domum efferat; & ante ſolis ortum & poſt occaſum efferri, ac ſepulturę mandari prohibetur ſine Epiſcopi licentia, & in efferendis cadaueribus longi viarum circuitus euitentur; & cadauera ſepulturæ non tradantur, niſi ad minus decem horis ad minus poſt mortem tranſactis.

Cap. VI.

REctores Eccleſiarum de pauperis obitu certiores facti, ac de eius paupertate fidem habentes, illum proprijs ſumptibus humandũ curent.

Cap. VII.

SAcerdotes cum mori contigerit, veſtibus ſacerdotalibus induti efferantur in Eccleſia, &

cum

cum alba ſepeliantur; vt quos viuentes Dominus tanto munere decorauit, eos etiam mortuos à cæteris diſtinguamus.

Cap. VIII.

Machab. 2 c. 12.

SAncta, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis orare, vt à peccatis ſoluantur; cumq. animæ defunctorum ſacerdotum oblationibus, ſanctorũq. precibus ab igne purgatorij liberentur, & eruantur, quàm impium eſſet pia defunctis ſuffragia denegari; præſertim ab ijs, qui vel Eccleſiæ inſtitutione, vel ex fructuum perceptione tenentur; propterea mandamus omnibus Capitulis, Congregationibus, & Clericis quibuscunq., vt debita defunctis anniuerſaria, miſſas, aliaq. pia ſuffragia perſoluant exactiſſimè, & pro eis ſtatutis diebus ſatisfaciant ſub ſolita, & alijs arbitrarijs pænis infligendis.

Cap. IX.

MAndamus omnibus, & quibuscunq. Clericis etiam regularibus cuiusuis ordinis huius Ciuitatis ſub pænis noſtro arbitrio reſeruatis, & in ſubſidium inobedientiæ, & contrauentionis ſub pæna excommunicationis, quòd fidelium cadauera ad ſepelien=

Cõc. Neap eod. tit. § religioſi.

ſepeliendum in eorum Eccleſiis non efferant, etiam ſi cum religionis habitu humari mãdauerint abſq. licentia Epiſcopi, vel Vicarij, ac nomen, & cognomen defuncti ipſis expriment, & à quo ſacramenta receperint; & quando in Eccleſijs regularium ſepeliuntur abſq. aliquo horum Capitulorum, vnum tantùm ſacerdotem petant ab Epiſcopo, qui cum ſtola, loco parochi incedat, quando cadauer in eorum Eccleſijs defertur.

Cap. X.

ET vt fidelium defunctorum voluntates perpetuò, quo ad fieri poteſt, conſeruentur, ac ne è poſterorum animis diſcedat vnquam piorum fundatorum memoria, ne Eccleſię, Cappellę, ſepulcra, monumenta maiorum intra Eccleſias, vel monaſteria, vel alia tam regularium, quàm ſecularium loca vlla ratione, vlloue quęſito colore diruantur, aut euertantur, aut alienentur; vel deformentur antequam de hoc Epiſcopus conſolatur, etiam ſi nulla ſit fundatorum, vel heredum memoria ſuperſtes ſub pœnis à iure ſtatutis, & ab Epiſcopo infligendis; & caueant omnes, ne priſcorum inſignia amoueantur; & cadauera, ſiue oſſa de loco ad locum abſq. Epiſcopi licentia non amoueantur.

c. cum grauia 13.q.2.

V Cap.

Cap. XI.

vide circ de campanis pag. 13.

Conſuetudo, quę potius corruptela, & contra canones eſt dicenda, quod cãpana Maria nuncupata non pulſetur, niſi pro ſepeliendis aliquibus perſonis tantùm, quę, quod peius eſt ad libitum aliquorum pulſatur cum maximò omnium ſcãdalo, & murmuratione; vnde venit quòd multi ciues huius Ciuitatis, qui ſepulcra in hac Cathedrali Eccleſia habent, vel ibi eligunt ſepulturam, nequeunt eorũ heredes mortuos ſuos inferre, quia non poſſunt obtinere; vt campana prædicta pulſetur, & ſic Chriſti fideles defuncti defraudantur electione ſepulturę, & in alijs Eccleſijs ſepeliuntur contra voluntatem defunctorum, & in prejudicium maximum huius Eccleſiæ; propterea mandamus, quod hac corruptela tollatur provt eam tollimus, & abolemus, & amodo omnibus liceat dicta campana vti; vt teſtatoris adimpleatur voluntas, imò concedimus ſacerdotibus, & nobilioribus dictæ Ciuitatis, & quibuscunq. placuerit, vt pulſentur duæ campanæ pro maiori eorum honore; dummodo campana Maria vocata tinnando manibus pulſetur, & alia ſpitalera dicta concorditer cum ea; vt pulſari ſolet, & pro tribus vicibus, quibus pulſatur, nõ excedat quar

tam

tam horæ pro qualibet vice, deleto omni alio abuſu, ne arguamur à Propheta dicente, periјt memoria eorum cum ſonitu, quod in omnibus Eccleſijs etiam regularium obſeruari mandamus. Pſal. 9.

Cap. XII.

CAueant Rectores Eccleſiarum, & quicunq. Clerici, etiam regulares, ne eos qui duellum commiſerint, & in ipſo conflictu deceſſerint Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradant. Et ſi ſecus fecerint, ipſo facto ſint excommunicati & alijs pœnis noſto arbitrio puniantur, & quarta huic Eccleſiæ tangens ab omnibus iuxta ſolitum ſoluatur. c.t.ſeſſ. 25. c.19.de reſor. eadem ſeſſ c. 13.

Cap. XIII.

PRoprijs oculis perſpeximus Clericos Dei, & ſuæ ſanctæ Eccleſiæ ſeruitium reliquiſſe, quando quis vita functus eſt, & ad condolentes viſitãdos accedunt, adeò quòd pauciſſimi Clerici ad proceſſionem, & reliquas exequias curandas remanẽt. Propterea mandamus, vt amodo nemo à dictis oneribus excuſetur, niſi conſanguinei, & affines, vſq. ad quartum gradum; reliqui verò qui non adfuerint, puntentur, & eleemoſynis, & candelis priuẽtur.

uentur. Et ſi pertinaciter perſeuerauerint alijs pœ=nis arbitrarijs puniantur; & prędicti Clerici con=ſanguinei, & affines tribus diebus elapſis ſuperpel=liceo induti Eccleſiæ deſeruiant, deleto omni alio a=buſu in contrarium.

Cap. XIIII.

EXpleto ſepulturæ officio, Clerici etiam regulares, eo ordine, & habitu proceſſionaliter, vt vene=runt, quilibet ad ſuam Eccleſiam vexillo Crucis erec=tò, & præeunte reuertantur ſub pœna amiſſionis e=leemoſynę eis dandæ, quas in caſu contrauentionis paupertatis vſibus applicamus.

DE CONCVBINARIIS *meretricibus, & alijs carnalibus vitijs.*

Cap. I.

ſeſſ. 24 c. 8. & ſeſſ. 25. c. 4.

QVia concubinatus laicorum, & Clericorum in hac Ciuitate tam altas radices egit, & in dies perniciosè, mandamus edicta ſuper his à nobis edita, & publicata inuiolabiliter obſeruari, cum iam iuxta S. C. T. formam facta fuerint, hor=

tantes,

tantes, & in viſceribus Ieſu Chriſti obſecrantes Illuſtriſſimum Dominum Ducem, ac eius magnificos officiales; vt contra laicos prouideant, etiam per expulſionem à Ciuitate; vt a tam pernicioſo delicto, quod fugiendo vincitur, abſtineant, ne in damnationis ſtatu viuant; cum multi abſq. Dei timore, & cenſurarum in ipſis inſorduerint; & illas vti vxores cum filijs in domibus eorum habeant.

Cap. II.

CLerici ſi forſitan eorummet, & eorum conſcientiæ, & Ieſu Chriſti obliti, & abſq. timore pœnarum à S.C.T. inflictarum, & per edictũ noſtrum innouatarum in ſuis delictis perſeuerant, & gloriantur quaſi à noſtra curia non conuicti, incidendo temerè, & doloſè in pœnas prædicti S.C.T. quãdo ſic obſtinato animo vſq. huc, qui ſunt quinque mẽſes in ſuis confeſſionibus à ſuis cõfeſſoribus inuẽti fuerint perſeueraſſe cũ ſuis cõcubinis, vel alijs ſuſpectis mulieribus non abſoluãtur, niſi facta reſtitutione fructuũ beneficiorum Eccleſiaſticorũ pro tertia parte pro prima vice, & ſic de ſingulis, vt in dicto decreto S.C.T. & noſtro edicto continentur. eiſdẽ ſeſſ. alleg. vt ſ.

Cap. III.

QVia non ſolum à malo abſtinendum eſt, ſed etiam

etiam ab omni ſuſpitione mali ; ideo ad euellēdum quotidianum abuſum , & honeſtatem tuendam , ac incontinentiam refrænandam mandamus, vt nemo Clericorum ſccularium, & regularium cuiusuis ordinis ſit nec de die, nec de nocte intret, ſtet, habitet, comedat in domo ſuſpectarum mulierum , & præcipuè quod ſcandaloſum eſt, nec ante ianuam cum eis, nec in vijs ſiſtendo loquatur , nec aliquo modo cum prædictis ſuſpectis mulieribus , & ſimilibus conuerſetur ſub pęna ducatorum quinquaginta pijs vſibus, vel pauperibus arbitrio noſtro applicandorum , & alijs arbitrio noſtro reſeruatis iuxta delicti perſonarum , & locorum qualitate .

Cap. IIII.

Conſt. Pij V.n. 6.f. 5.

PRęterea ſi quis eorum in nefandis ſceleribus, inceſtus, adulterij , ſtupri, & (quod omnia vincit) ſodomię (quod Deus auertat) inuentus fuerit peccaſſe etiam per informationem veridicam , grauiter pœnis canonicis legalibus , & per nouas cōſtitutiones Apoſtolicas , ac arbitrio Epiſcopi punietur ; & qui de prædictis ſuſpicionem aliquam habuerint iuxta ſacrorum Canonum diſpoſitionem purgentur .

Cap.

Cap. V.

QVătum Deo gratum, & hominibus ſit deco= rum vrbis à vitijs expurgare, nemo eſt qui non intelligat, proinde Illuſt. Dominum Ducem ro gamus; & pro poſſe noſtro in Domino hortamur; vt infame genus meretricum, quantum res patie= tur ab honeſtarum mulierum cohabitatione, & mul to magis à locis propè monialium monaſterium, ac Eccleſias ſitis arceat, & in vnum locum ad id de putandum ſinat habitare, & in meritorijs tabernis, vel publicis cauponis, hoſpitiisuè diù commorari non permittat.

leuit. c.25. ſeſſ. 9. §. quicunq.

DE BLASPHÆMIA.

Cap. I.

QVia ſcriptum eſt, qui blaſphæmauit nomen Domini morte moriatur; & noſtri paſtora= lis officij eſt, vt Dei omnipotentis honor, quoad fieri poteſt, augeatur, & non ſic deteſtabiliter blaſphæ metur, Decretis S. C. Lateranen. ſub Leone x. adhæ rentes, ſtatuimus, & decernimus; vt qui palàm maledicta conuitia, aut obſcœna verba in Deum,

ac

ac D. N. Ieſum Chriſtum, vel in eius beatiſſimam genitricem ſemper Virginem Mariam, vel in aliquem ſanctorum plena mortifero veneno lingua protulerit; Is ſi Clericus fuerit arbitrio ordinarij ad fructuum Eccleſiaſticorum priuationem, & beneficij deſpoſitionem vſq. plectatur: ſi laici fuerint, ſciant ſe non impunè habituros, ſed pœnis à ſacris Canonibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus ſtatutis mulctatum iri, ac mucrone Eccleſ. eſſe feriendos.

Cap. II.

ibid. § quicũq. vt ſup.

ADmonemus autem confeſſarios, vt non oſcitanter, & leuiter cum eiuſmodi blaſphœmatoribus ſe gerant; ſed acerba, & ſeuera impoſita pęnitentia in eos animaduertant iuxta præallegati ſacri Conc. Lateran. decreta. Hortamur inſuper omnes, qui huiuſmodi blaſphæmantes audierint, vt
Mac. c. 18. *ordinem fraternæ correptionis à Domino prǫſcriptũ velint ſeruare pro prima vice; & pro ſecunda ſi domi habeant, & ab eorum domibus non expellant, vel ad noſtrum Vicarium eius nomen infra triduum non deferant; ſciant eorum peccato non parum communicare; & iudices ſeculares in Domino obſecramus pro Dei omnipotentis gloria, vt in tales blaſphęmos animaduertãt, & prædicta obſeruari velint.*

De Eccleſiaſticis cenſuris.

Cap. I.

SAncta Mater Eccleſia cenſuras Eccleſiaſticas non ad animarum interitum, ſed ad medicinam adinuenit, & exercet, cum per excommunicationis ſententiam fideles à Christi corpore ſeparentur. Ideo magna circunſpectione ab Epiſcopo ferenda eſſe: Epiſcopi enim, imò Domini gladius eſt; ideo non leuibus in cauſis, ſed in grauiſſimis eo vtatur, ne Eccleſiaſtica diſciplina, & cenſura contemnatur, & non niſi magna cum maturitate, cauſaq. cognita ad illam decernendam procedatur pro rei, & loci perſonæ qualitate: nec pro delictis monitiones, niſi pro intereſſe Ciuili tantum, nec ad alicuius infamiam concedatur, nec ſpes lucri temporalis, aut fauore quarumuis perſonarum adducatur; vt pro leui quaq. re terribilem excommunicationis ſententiam ferant; ſed in iudicialibus cauſis, vbi alia via, aliiſq. iuridicis remediis ſubuenire poterit à cenſuris Eccleſiaſticis, quo ad fieri poterit, abſtineat.

c. 1. de ſent excõmun. lib. 6.

c. 1. ſeſſ. 25. c. 3. de ref.

Cap. II.

ADmoneatur frequenter populus, vt excõmunicationem

c. corripiantur 24. q. 3.

nicationem timeat, & præcipuè maiorem: hac enim annodati non ſolum à legitimis actibus ſuſpenduntur, verum etiam à communione fidelium, perceptione ſacramentorum, & ſanctæ Eccleſiæ ſuffragijs priuantur; ideo excommunicatos euitet, & ab eorum conſortio omnino abſtineat; & caueat ne excommunicationem contemnat.

Cap. III.

c. 1. ſeſſ. 24. c. 3.

CVm verò ad manifeſtãdum furto ſubtractas, vel quouis alio modo perditas res excommunicationis remedium erit adhibendum, tunc non aliter eo vti licebit, quàm æſtimata prius rei magnitudine, & cauſa diligenter, matureq. per Epiſcopum examinata, ac demum monitionibus præmiſſis.

Cap. IIII.

EXcommunicationis ſententia in Eccleſia inter miſſarum ſollemnia à ſacerdote ſuperpelliceo, ſtolaq. indutus proferatur ſecũdum formam præſcriptam iuxta vſum S. R. E. deinde ad partis inſtantiam, ſi voluerit, plura edãtur exempla in Eccleſijs, & locis publicis affixa; vt omnibus pateat; & caueant omnes, ne extra Eccleſias per vicos, & plateas.

teas abſq. noſtra licẽtia in ſcriptis obtẽpta proferatur.

Cap. V.

QVia nonnulli Eccleſiæ claues contemnendo nõ verentur in excommunicatione perſiſtere, ipſamq. ſpernentes; & quia contemptus non debet pertranſire impunitus, ſtatuimus; vt qui per menſem in excommunicatione perſtiterit, ſoluat vltra pœnitentiam ſibi grauiter imponẽdam, aureum vnum: ſi per duos menſes, aureos tres: & ſic perſeuerando in contemptu ſemper augeatur pœna vſq. ad annũ pijs vſibus applicanda; ſi vero per annum in ea inſorduerit, contra ipſum poſtea tanquam ſuſpectũ de fide procedatur ad eius pœnã, & aliorũ exemplum. Henr. de boctis de ſimo. Epiſ. 3. part. art. 1. n. 167.

DE CONGREGANDIS
Capitulis, & congregationibus.
Cap. I.

CAueant Clerici harum Eccleſiarum, ne capitulum, ſeu congregationes, vel parlamenta faciant; nec campana ad ipſa congreganda pulſetur abſq. noſtra, vel Vicarij licentia petita, & obtempta; nec aliquid ibi tractetur, nec concludatur, nec terminetur abſq. præſentia Vicarij, vel alterius à nobis deputandi ſub pœnis noſtro arbitrio inſtigen

 dis,

dis; & nihilominus quicquid actum, geſtumuè fuerit contra formam preſentis conſtitutionis, nullius roboris, vel momenti ſit; provt ita nullum declaramus, conſuetudinibusq. in contrarium non obſtantibus iuxta decreta S. C. T.

Cap. II.

INſuper ad fugiendum rixas, & contentiones, quæ ori ſolent; mandamus, vt nemo eorum votum alterius impediat, vel prorumpat; ſed omnes per ordinem ſuæ promotionis proferat; & qui ſecus fecerit, & ordinem proruperit, pro qualibet vice ſoluat libras cerę decem pijs vſibus applican. Qui uerò rixas, & contentiones fecerint alijs etiam pœnis punietur; & caueant ne conſilia prædicta, quando diuina celebrantur, in Eccleſia faciant, vel congregent. Vota autem ſint ipſius capituli libera.

Cap. III.

AD euitandas colluſiones, & fraudes, quæ fieri poßent in detrimento diuini cultus, & ſeruitij harum Eccleſiarum, mandamus omnibus, & quibuscunq. Officialibus, Procuratoribus, ſeu OEconomis prędictarũ Eccleſiarum, quod amodo

c.t.ſeſſ. 21. c.3. de ref.

intro=

introitus, oblationes, diſtributiones quotidianę, & quęcunq. aliæ obuentiones Clericis non diuidantur, neq. dentur, niſi prius omnia nobis ſignificauerint, & rationem omnium, & introituum, & exitus dederint Rationalibus à Capitulis eligendis, vt ritè, & rectè omnia ſecundum Deum fiant; & cōtrafacientes à nobis grauiter punientur.

DE FALSIS TESTIBUS, *& famoſos libellos edentibus.*

Cap. I.

QVi falſum teſtimonium dixerit, iuxta Sancti Auguſtini ſententiam tribus obligatur; primum Deo, cuius pręſentiam ſpernit; deinde iudicio, quem mendacio fallit; poſtremò innocenti, quē falſo teſtimonio offendit, quippe in eius eſt poteſtate, innocentes, bona fama, vita, & facultatibus orbari. Ideo ne tantum ſcelus inultum, impunitumq. dimittamus; cum ſcriptum ſit. Abominatio eſt Domino labia doloſa, & falſus teſtis non erit impunitus. Ideo ſtatuimus, vt qui falſum teſtimonium in iudicio dixerit, ſiue in cauſa ciuili, ſiue in criminali; vel vt dicatur ſcienter effecerit, præ Prouerb. c. 9. & c. 19.

ter

ter pœnas à ſęcularibus iudicibus irrogandas, ſit ipſo facto maiori excommunicatione innodatus, Sathanæq. poteſtati traditus, à quo vinculo nunquã abſolui poſſit, niſi famam, aut facultatum iacturam meliori, quo poterit, modo reſarſerit: quam abſolutionem Epiſcepo tantùm reſeruâmus.

Cap. II.

Incip. Romani nu. 945. fol. 195.

EAndemq. pœnam luent, qui ad inurendum famę aliorum maculam famoſos libellos componunt, ac palàm collocant, vt omnibus noti fiant præter pœnas in Conſtitutione Pij V. ſtatutas, & innouatas.

Cap. III.

ſeſſ. 25.c. 19.

QVi ad duellum verbo, vel ſcripto prouocãt: quiq. ad id fauorem, auxilium, conſiliumuè præſtant, præter excommunicationis ſententiam, alijs pœnis, vt in S. C. T. & conſtitutione S. D. N. Gregorij xiij. ſancitum eſt, ſe ſubiacere ſciant.

Cap. IIII.

EOdem etiam excommunicationis vinculo innodamus

damus Actuarios, Scribas, Notarios, Aduocatos, cauſidicos, procuratores, ac cæteros quocunq. nomine nuncupatos: qui contra conſcientiam, ac iuſtitiam cum alterius partis offenſione, vel cum reipublicę detrimento, cuius permagni intereſt, ne delicta ſint impunita: in iudicio teſtes fauore, vel pecunia corruperint, aut ſeduxerint, aut teſtium dicta non integrè, nec fideliter ſcripſerint, vel ſcribi fecerint, vel ad id efficiendum opem ferre, ac conſilium, & fauorem ſcienter pręſtare præſumpſerint eadem pœna etiam, & ſecundum ſacrorum Canonum ſanctiones falſarios puniri mandamus.

Cap. V.

STatuimus, vt per quamcunq. conceſſionem à nobis quibuſuis Presbyteris ſæcularibus, & regularibus faciendam abſoluendi in caſibus reſeruatis comprehenſa non cenſeatur facultas abſoluendi in caſu falſi teſtimonij; & hoc non ſolùm ob delictorum grauitate, ſed etiam propter magnam frequẽtiam (quod maximo cum dolore commemorat) illorum, qui Dei timore poſtpoſito, prædicta ſcelera committunt, per ipſum Epiſcopum dumtaxat fieri decreuit; mandatq. vt huiuſmodi falſarij, & alij, vt ſupra comprahenſi, ſingulis annis in Die Cę-

næ

næ Domini ſollemni anathemate feriantur.

DE VSVRIS.

Cap. I.

VSuraria prauitas iure diuino, & humano dãnata, & deteſtata reperitur, quæ velut cancer in pauperum bona, ac eorum perniciem; & quòd execrabilius eſt, in vſurariorũ animas ſerpit; Ideo ſalubriter prouidendum eſt, vt tantum facinus è populo Chriſtiano arceatur: caueant ergo omnes, ne vllum vſuræ genus exerceant, & Notarij animaduertant, ne tales contractus vſurarios, quos ipſi ex animo, & conſcientia ſuſpectos exiſtimant, vel ſuſpicantur, ſtipulari præſumant, quia vltra diuinam vltionem, quam incurrent ipſo facto, ſententia excommunicationis erunt innodati.

Cap. II.

ADmoneantur Confeſſores, vt nullatenus abſoluant, quos vſurarios repererint, niſi debita, ſi poſſint, ſatisfactione ſequuta, quorum conſcientiam oneramus.

De

DE SIMONIA.

Cap. I.

DEteſtabile ſcelus ſimoniacę prauitatis à ſacris Canonibus deteſtatum eradicare cupientes, mandamus contra ipſos inuiolabiliter obſeruari conſtitutiones præcipuè Pauli ij., & Pij iiij. & v. & nihilominus quicunq. crimen ſimoniæ in conſequendis ordinibus commiſsæ per ſe ipſum, vel per interpoſitas perſonas conuictus fuerit, eo ipſo ſit ab illorum exequutione per decennium ſuſpenſus, & per annum carceribus mancipatus.

n.6. f. 5. & Conc. Lat. vlt. ſeſſ. 9. § & cum ne facile.

Cap. II.

QVi dignitates Eccleſiaſticas, officia, vel beneficia Eccleſiaſtica ſimoniacè conſequutus fuerit, ſciat ſe illis ipſo iure priuatus, & ad fructuum reſtitutionem teneri; & ad ea, & quęcunq. alia beneficia obtinenda perpetuo inhabilem eſſe.

c. de hoc c. in Synodū c. nemo de ſimo.

DE IVDICIALI.
foro Epiſcopi.
Cap. I.

EPiſcopus in ſuo iudiciali foro curet, vt miniſtros

ſtros habeat bonæ vitæ, & famæ, & ab omni auaritię labe auerſos, quoad fieri poteſt: caueant Notarij, & ſcribæ dictæ curię, ne prætium actorum in Tabella præſcripta in Tribunali notatum excedant; & ne quid in cauſis tàm ciuilibus, quàm criminalibus falſificent ſub pœna priuationis officij, & alijs noſtro arbitrio reſeruàtis; & pro literis teſtimonialibus ordinum collatorum non exigant, niſi decimam auri iuxta S. C. T. decretum; & tollatur omnino abuſus plus dicto prætio ſoluendi.

c.t. ſeſſ. 21. c. 1. de ref.

Cap. II.

c.t. ſaſſ. 25. c. 20.

VIcarius, & Iudex Eccleſiaſticus indifferenter iuſtitiam omnibus miniſtrabit, & pręcipuè pauperibus, & miſerabilibus perſonis ſe prōptos, & faciles præbeant; ac breuiori, qua fieri poterit, ratione, vbi ſummariè de iure licet procedere, & cauſas expediant, ac decidant, & litigantiū ſumptibus, quoad eius fieri poterit, parcere ſtudeant; & pręſertim in cauſis alimentorum mercedum, piorum locorū, & huiuſmodi quę morā non patientur.

c.t. ſeſſ. 7. c. 14. de ref.

Cap. III.

CArcerati quando in aulis ſacriſtiæ cum fideiuſ ſoribus

ſoribus manent, vel in loco campanellæ dicto, modeſtè, & honeſtiſſimè ibi ſint; nec cantilenas cantẽt, nec inſtrumenta pulſentur aliqua, nec commeſſationes cum alijs, qui non ſunt carcerati; nec conuerſationes, & cachinni, & alij actus ſimiles ibidem fiant; ſed tantum ipſi illic permaneant intenti, potius orationibus, & diuinis laudibus, & officijs perſoluendis, quàm ſimilibus diſſolutionibus. Qui ſecus fecerint, vltra quod ad criminales carceres ducentur, ibidem permanſuri vſq. ad finem cauſæ, alijs pœnis arbitrio noſtro punientur.

Cap. IIII.

IN cauſis ciuilibus, & criminalibus ante diffinitiuam ſententiam, ſeu vim diffinitiuæ habentem, nemini liceat appellare iuxta formam prædicti S. C. T. & qui contra formam prędicti S. C. appellauerit, vltra quod petitio, & appellatio prædicta non admittetur, alijs pœnis punietur; & omnes alię canonicæ appellationes abſq. aliquo impedimento admittantur. ſeſſ. 24. c. 20. & ſeſſ. 13. c. 1. §. in cauſis de refor.

DE MONIALIBUS

Cap. I.

MOnaſterium monialium ſecundum regulam Sancti Benedicti, quod de nouo conſtructum eſt, & iam iam ſanctimoniales ſunt introducendæ, regatur, & gubernetur iuxta, & ſecundum regulam S. Benedicti, ad vnguem ipſam obſeruãdo.

Cap. II.

ſeſſ. 25. c. 3. de reg. & mon. Cõc. Arclatẽ. c. 3. & c. Auctor. de iuſt.

ET vt dictum monaſterium non grauetur vltra vires; & tot ſanctimoniales ibi intromittantur, quantos redditus ipſius ſuſtinere, poſſit mandamus decretis S. C. T. adhærentes; vt ibi conſtituatur numerus, & ſic in poſterum conſeruetur, qui ex proprijs monaſterij redditibus, vel ex conſuetis eleemoſynis dandis pro modo; & facultate loci commodè ſuſtineri poſſit: declarando triginta ducatos pro quolibet anno competere, & ſufficere: in reliquis circa hoc ſeruetur conſtitutio D. N. Gregorij xiij. nec illum numerum liceat augere, niſi ſufficiens annuorum redditũum monaſterio fieret acceſſio.

Cap. III.

CIrca verò electionem Abbatiſſæ, earum vitam,

tam, conuerſationem, & diuini cultus ſeruitium; ac reliqua, quæ ad benè, rectèq. viuendum dicenda ſunt, breuitatis cauſa omittuntur; & dicimus, & declaramus obſeruari debere ab Abbatiſſa, & ſanctis Monialibus, procuratoribus, & Cappellanis, & Confeſſarijs, cæteriſq. officialibus dicti monaſterij ea omnia, quę S. C. T. & Prouinciale Concilium Neapolitanum de huiuſmodi re decreuerunt, & particulariter declarauerunt: quorum tenores hic pro expreſſis, & declaratis habemus, vti fuiſſent à nobis dicta, declarata, & diffinita, prædictis decretis in omnibus nos remittendo. ead. præd. ſeſſ. vide. + de anno 1576.

DE CONSTITUTIONIBUS, earum obſeruatione, & pœnis.

Cap. I.

AD extirpamdum abuſum, & corruptelam, quæ hodie inter fideles viget, ſtatuimus, quod ſi quis Clericus Epiſcopo, quem reuereri, & colere debet tanquam Patrem pro animabus ſibi commiſſis Deo rationem redditurũ maledixerit, in eum ex diſpoſitione ſacrorum Canonum acriter animaduertatur; ſimiliter, & laici, qui per vicos, & plateas c. cũ ex iniuncto de her. c. face. 6. p. 1. c. plerũq. 2. q. 6. c. oues & ſeq. 6. q. 1.

teas de ſacerdotibus, religioſis, Prçlatis, aut de Eccleſiaſticis conſtitutionibus, excommunicationibus, indulgentijs, & alijs huiuſmodi obloquuntur, habeantur poſthac vehementer ſuſpecti de fide, ac contra eos rigidè, ſicut expedire videbitur, procedatur.

Cap. II.

CVm ſacrę ſanctiones uti ſpeculum vitæ, ac morum ſint, quibus fidelis Dei populus, nobis commiſſus, inſtrui, atq. formari merito debet; ſtatuimus, & mādamus; vt Synodales haſce Conſtitutiones omnes non pœnarum timore, ſed virtutis potius amore ex animo o'ſeruent.

Cap. III.

OMnes conſtitutiones noſtrorum prædeceſſorum (ſi tamen in futurum reperientur, cum ad prçſens huc nulla ipſarum inueniatur in hac Eccleſia) & Conſtitutiones, atq. edicta omnia per nos
c.1.ſeſſ. 25. emanata vſq. ad præſentem diem, in ſuo robore per-
c.3. de ref. maneant; nec per has reuocata intelligantur. Jmò quatenus opus eſt, de nouo ipſa innouamus, & cōfirmamus; dummodo conſtitutionibus, & decre-

tis

tis S. C. T. Prouincialibus, & noſtris Conſtitutionibus in hac præſenti Synodo editis, vel publicatis non aduerſentur; & pœnæ pecuniariæ ex delictis peruenientes, non ad commodum Epiſcopi applicentur, ſed pijs vſibus, & pauperibus, eius arbitrio diſtribuantur, & erogentur. c. t. ſeſſ. 25. c. 3. de ref.

Cap. IIII.

VIolatores autem earum non ſolùm pœnis, quas his Conſtitutionibus adiecimus, feriantur; ſed etiam alijs tùm à ſacris Canonibus, tùm etiam à S. C. T. diffinitis iudicandi venient; & vbi pęna appoſita, & ſpecificè declarata non inuenietur, ſemper intelligatur pęna arbitraria iniuncta, ne delicta impunita remaneant.

Cap. V.

DEclarantes inſuper, omnes, qui noſtrę iuriſditioni ſubiacent, ad harum conſtitutionum obſeruantiam teneri vno menſe integro elapſo poſtquam editæ, & publicatæ fuerint, & ad valuas huius Cathedralis Eccleſiæ publicè per tres dies appenſæ, & affixæ extiterint.

Cap.

Cap. VI.

POſtremo omnia, & ſingula, quæ in hac ſacra Diœceſana Synodo decreta, actaq́. ſunt; ſanctiſſimi D. N. Gregorij xiij. ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, ſanctæq́. Romanæ Eccleſię matris, & magiſtrę ſemper emendanda, & corrigenda, qua debemus obedientia, & reuerentia, auctoritati ſubijcimus. Laus Deo, & Sanctiſſimæ eius Matri, ſemperq́. Virgini Mariæ.

Lucas Antonius Reſta Epiſcopus Andrien.

Sigilli locus.

VA1 152 79 H4

LEcta, & publicatæ fuerunt per me infraſcri= bendum Philippum Pipinum Clericum Vri= tanum, & Apoſtolica auctoritate Notariū ac Il= luſtris, & Reuerendiſſ. D. Lucæ Antonij Reſtæ Epiſcopi Andrien. & dictę Synodi Diœceſanę ſe= cretarium ſupraſcriptę Conſtitutiones in Cathedra= li Eccleſia Andrien. generali Synodo Diœceſana, ibidem congregata in pręſentia prædicti Illuſt. & & Reuerendiſs. D. Epiſcopi Anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti M. D. LXXXII. Die verò Vndecimo menſis Decembris. Pont. Sanctiſſimi D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papę xiij. Anno xj. Pręſulatus verò prædicti R. P. D. Epi= ſcopi harum Eccleſiarum Anno xviij. Andrien. verò Anno Primo. Pręſentibus pro teſtibus ad prædicta adhibitis, & vocatis RR. PP. Magi= ſtris in ſacra Theologia fratre Hieronymo de Ada= mo Tarentino, fr. Dominico Brunduſino, & fr. Vincentio Rubenſi ordinis prædicatorum; nec non fr. Thomaſio Guardiano Capuccinorum, & fr. Gennipero eius ordinis, ac Mag. & Reueren. D. Antonio Græco de Nocilia. ſub. Ioſeph Flamma Veneto, Paolo Lunati Romano, & Achille Co= mertiano Piſanien. familiaribus ipſius Reuerendiſſ. D. Epiſcopi, & alijs quamplurimis. Et in fidem

nota Thoma= ſio et nō Thoma=ſio [illegible] legit [illegible] nome= [illegible]

Z pręmiſſo=

præmiſſorum me ſubſcripſi propria manu, & ſolitum meum ſignum rogatus, & requiſitus appoſui. Ita eſt veritas. Idem qui ſupra Philippus Pipinus manu propria. *Locus ſigni.*

Die eodem prædicto xI. *Decembris* 1582. *D. Fabius de Simeone ſacriſta Cathedralis Eccleſiæ retulit cum iuramento mihi Notario Philippo Pipino, vt ſup. has preſentes Cōſtitutiones affixiſſe, & appendiſſe in valuis prædictæ Eccleſiæ Cathedralis. Præſentibus pro teſtibus D. Manilio Rocero, Dia. Vincentio Sceſcia, & Cle. Nuntio Malex, & alijs.*

Die xiij. eiusdem menſis Decembris 1582. *ſupradictus D. Fabius de Simeone ſacriſta retulit cum iuramento, hodie prædicto die poſt ſolis occaſum defixiſſe præſentes Conſtitutiones Synodales à valuis prædictæ Eccleſiæ Cathedralis Andrien. Præſentibus pro teſtibus D. Alexandro de Tucci, & D. Joanne Andrea Virol. & alijs.*

Fidem

Fidem facio Ego Subdiaconus Philippus Pipinus Apoſtolica Auctoritate Notarius, & huius Diœceſanæ Andrienſis Synodi ſecretarius manu propria exẽplaſſe preſentem copiam in chartis triginta ſex cum præſenti exiſtentem à ſuo proprio originali exiſtente in Archiuio Epiſcopalis Curiæ dictę Ciuitatis: cum quo facta collatione repertum eſt concordare ad vnguem, ſalua tamen &c. Et ad fidem me ſubſcripſi, & rogatus meum ſolitum ſignum, quo in ſimilibus vtor, appoſui. Locus ſigni.

Ita eſt veritas. Idem qui ſ. Notarius Philippus Pipinus manu propria.

Imprimatur vnà cum literis Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Caraſæ in eadem materia latinè conſcriptis & Reuerendiſſ. D. Epiſcopo Andriæ directis, & cũ animaduerſionibus manu eiuſdem Illuſtriſſ. Domini Cardinalis adiectis, de quibus in dictis literis mentio habetur.

Fabius Epiſcopus Neritonen.

INDEX TITVLORVM Andrien. Synodi.

SESSIO PRIMA.

De fidei Catholicæ profeſſione. fol. 4
Quæ decreta S. C. T. crebrò in Eccleſijs ſint publicanda. 9
De ſacroſanctis Eccleſijs, earum cultu, & veneratione. 9
De diuino cultu, & diuinorum officiorum celebratione. 14
De Punctatore. 17
De ſacræ ſcripturæ lectione. 18
De ludi magiſtris. 19
De cæremoniarũ magiſtro, & cæremonijs. 20
De Organo, & muſica. 20
De priuati officij celebratione. 21
De prædicatione verbi Dei. 21
De hoſpitalibus, pijs locis, & cõfraternitatibus. 22
De miraculis, & ſacris imaginibus. 24
De ſacrarum reliquiarum veneratione, & conſeruatione. 25
De actionibus, & repræſentationibus ſacris. 26
De proceſſionibus. 26
De ſacriſtis eligendis. 27

SESSIO

SESSIO SECVNDA.

De ſacramentis in genere. 27
De baptiſmi ſacramento. 29
De confirmationis ſacramento. 32
De ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento. 33
De ſacroſanctæ Euchariſtiæ cuſtodia, & ad eius infirmos delatione. 35
De celebratione miſſarum. 38
De pœnitentiæ ſacramento. 43
De extremæ vnctionis ſacramento. 50
De ordinis ſacramento. 51
De matrimonij ſacramento. 54

SESSIO TERTIA.

De vita, & honeſtate Clericorum. 57
De viſitatione. 61
De dierum feſtorum cultu, & obſeruatione 62
De ieiunio, vigilijs, & orationibus. 65
De bonorum, ac iurium Eccleſiaſticorum conſeruatione, adminiſtratione, inuentarij cõfectione, & illis non alienandis. 67
De beneficiorum collatione, & inſtitutione. 69
Vt miſſę, & alia diuina celebrentur iuxta obliga=

obligationes cuiuslibet, & de earum reductione. 71
Qui libri à Clericis ſint habendi. 72
De indulgentijs, & quæſtoribus. 73
De conſuetudinibus prauis, & ſuperſtitioſis extirpandis. 73
De maleficijs, incãtationibus, diuinatoribus, & alijs ſimilibus perſonis ſuperſtitioſis. 74
De ſepulturis, & exequijs mortuorum. 75
De concubinarijs, meretricibus, & alijs carnalibus vitijs. 78
De blaſphemia. 80
De Eccleſiaſticis cenſuris. 81
De congregandis capitulis, & congregationibus. 82
De falſis teſtibus, & famoſos libellos edentibus. 83
De vſuris. 84
De ſimonia. 85
De iudiciali foro Epiſcopi 85
De monialibus. 86
De conſtitutionibus eorum obſeruatioue, & pœnis. 87

F I N I S.